FRIDERICO-ALEXANDRIN[illegible]

LITERARUM UNIVERSITATIS

# PRORECTOR

# D. AUGUSTUS BECHMANN

JURIS CIVILIS ROMANI PROFESSOR PUBLICUS ORDINARIUS

CUM

# PROCANCELLARIO

RELIQUOQUE SENATU ACADEMICO

# SUCCESSOREM SUUM

CIVIBUS ACADEMICIS

COMMENDAT.

---

GALENI LIBELLUM QUI INSCRIBITUR

*ΟΤΙ ΑΡΙΣΤΟΣ ΙΑΤΡΟΣ ΚΑΙ ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ*

RECENSUIT ET EXPLANAVIT

IWANUS MUELLER.

ERLANGAE.

TYPIS JOANN. PAUL. ADOLPH. JUNGE ET FILII.

MDCCCLXXIII.

De libr. propr. c. VI (vol. XIX p. 35—37 ed. Kuehn.) Galenus libros recenset a se conscriptos, qui ad Hippocratem eiusque doctrinam spectant, ac primum quidem commentarios, quibus varia scripta Hippocratis illustravit, deinde alios libros, quibus doctrina eius tractata defensaque est, his verbis: *τῷ δ' Ἱπποκράτει προσήκοντά ἐστι καὶ ταῦτα· περὶ τῆς καθ' Ἱπποκράτους* (lege *Ἱπποκράτην*) *διαίτης ἐπὶ τῶν ὀξέων νοσημάτων — τὸ πρὸς Λύκον* (l. *Λύκον*)[1] *περὶ τοῦ ἀφορισμοῦ* (l. *τῶν ἀφορισμῶν*) *— πρὸς Ἰουλιανὸν τὸν μεθοδικὸν ὑπὲρ ὧν ἐνεκάλεσε τοῖς Ἱπποκρατείοις ἀφορισμοῖς*. Quibus haec subiungit: *Ἱπποκράτει δὲ προσήκει καὶ ἄλλο τι βιβλίον σμικρόν, ἐν ᾧ δείκνυμι* [*καὶ*] *τὸν ἄριστον ἰατρὸν πάντως εἶναι καὶ φιλόσοφον*[2]. Ad Hippocratem igitur vult pertinere opusculum, quo optimum medicum eundem esse philosophum demonstrat, idque iure suo; illum enim non solum iusti medici, sed etiam veri philosophi virtutes omnes habuisse, ut medicis exemplo

---

1) Alia inscriptio est *κατὰ Λύκου* in cod. Parisin. nr. 2164 fol. 44b.

2) Sequuntur deinceps verba: *ἐπιγράφεται δὲ τὸ βιβλίον καὶ διὰ συντομωτέρας ἐπιγραφῆς οὕτως*·, at quae fuerit inscriptio brevior, hodie ignoratur, quoniam in ed. Aldina, unde ceterae editiones fluxerunt, post *οὕτως* statim sequitur *εἰς μὲν τὸ πρῶτον τῶν περὶ πυρετῶν ὑπομνήματα κ. τ. λ.*, unde conicias non pauca verba post *οὕτως* intercidisse, atque etiam in cod. Ambrosiano, quem Joannes Duetschke nuper admodum contulit, locus eodem modo mutilus reperitur. Arabes quidem, qui saeculis VIII et IX Galeni opera arabice reddiderunt, non aliam videntur novisse inscriptionem quam eam, quae a Galeno ipso l. l. profertur. Cf. Wenrich. Comment. de Auctorum Graecorum versionibus et commentariis Syriacis Arabicis Armeniacis Persicisque. Lips. 1842 p. 257. Codd. Laurentianus et Parisinus, de quibus paulo infra disputabimus, libellum inscriptum habent: *ὅτι ἄριστος ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος*. Ceterum cur duplicem Galenus titulum memoret, eius rei causa repetenda est ex eius consuetudine, qua libros suos non ipse inscribere, sed amicis discipulisque inscribendos tradere solebat. Cf. de libr. propr. p. 10; Koehler. ad Gal. Protrept. p. 16; Marquardt. Obs. crit. in Gal. *περὶ ψυχ. παθ.* p. 3.

et imitationi esse posset, ex eius scriptis vitaque ac moribus probare sibi proposuit. Instituit autem quaestionem ita, ut principio mirari se diceret, quid esset, quod tam multi medici Hippocratem laudarent ac principem medicorum esse existimarent nec tamen eius praecepta sequerentur vel ipsum imitarentur. Neque enim eos studere iis disciplinis, quas ille ei, qui futurus esset medicus, utique necessarias esse docuisset, velut astronomiam vel eam, quae ad naturam corporis humani investigandam spectaret, vel artem logicam, nec artem ipsam medendi ita factitare, quemadmodum praecepisset, quippe qui medicos vel inprimis ut et ad prognosin animum dirigerent et victus rationem ad morbi cuiusque naturam accommodarent, monuisset; quid? quod ab imitatione Hippocratis adeo abhorrerent, ut eos, qui eum aemularentur, vel irriderent vel etiam insectarentur? Causam huius rei non ponendam censet in defectione virium ingenii, qua quis laborare aetatis suae homines existimare posset — nam eadem indole nasci homines, qua olim –, sed in eo, quod in communi labe saeculi plerique divitiarum voluptatumque studio abrepti nollent exercere artem ad exemplum Hippocratis. Nihil enim magis inter se discrepare quam illarum rerum studiosum esse et medendi artem profiteri. Hanc enim, quae unice saluti hominum prospiceret, summam abstinentiam continentiamque et laboris assiduitatem requirere, virtutes pecuniae aviditati libidinumque intemperantiae maxime contrarias. Quod exemplo suo Hippocratem Galenus tecte docet comprobasse, qui omnibus postpositis vitae iucunditatibus abhorrens a quaestus studio nec ‘limina potentiorum’ premens terras peragrasset eo consilio, ut locorum, caeli, aquarum naturam atque, qui ex harum rerum intemperie nascerentur morbi, perspiceret perspectaque litteris mandaret. Talis igitur qui futurus esset medicus, eum et veritatis studiosum et temperantem esse oportere. Sed eundem in logica quoque arte exercitatum esse debere; sic demum posse genera et species morborum optime dignoscere atque aptissima quaeque remedia morbis adhibere et naturam corporis humani usumque partium eius via ac ratione pernoscere. Ex quibus rebus effici, ut ei tres illae partes, in quas divisa esset philosophia, logica, physica, ethica, tenendae colendaeque essent. Nam, si quis temperantiam coleret, eundem omnino morum honestate excellere vel ex eo confici, quod, illa virtute qui praeditus esset, eum et iustum esse oporteret et ceteris ornatum virtutibus, quippe quae omnes arctissimo inter se vinculo essent conexae. Ergo qui vere proprieque medicus esset, quoniam in eo esset subtilitas disserendi, cognitio naturae rerum et corporis humani, denique morum integritas, recte philosophum et esse[3])

---

3) In simili sententia est auctor libelli περὶ εὐσχημοσύνης, qui Hippocratis nomen fert. Cf. c. 3

et dici posse neque audiendos esse aut eos, qui haec omnia medico adiudicare, philosophi autem nomen ab eo abiudicare vellent, aut eos, qui ad ea consequenda nullo discendi et exercitationis labore opus esse existimarent. Quodsi ita esset, philosophiae studia medicis colenda esse, si quidem Hippocratem essent aemulaturi; ita enim non solum similes illius fieri posse, verum etiam in arte excolenda illo superiores.

Ex hoc summario patet, quam vere Galenus libellum inter Hippocrateos rettulerit; in optimo enim medico adumbrando id egit, ut Hippocratem medicis aetatis suae, quorum non pauci omnem doctrinam subtiliorem contemnerent et lucri causa artem venditarent, tanquam exemplar medici summa eruditione, humanitate, probitate excellentis proponeret.

Libellum, quo Galenus cum egregiam mentem comprobat, tum, quam excelsam medici imaginem sibi finxerit, declarat, inde a saeculo XVI saepissime editum esse non mirum est. Graece primum prodiit in editionis operum Galeni Aldinae (A) vol. I fol. 5 (1525), cuius textus e quo codice haustus sit, hodie inexploratum est. Id quidem pro certo affirmari potest editores, ut in aliis Galeni operibus, codicem sibi propositum summa fide paucisimis adhibitis correctionibus typis expressisse ideoque Aldinam codicis instar habendam esse. Ex ea ceterae editiones, quas quidem noverim, originem traxerunt. Nam, quae proxima ab ea est, Basileensis (B), cuius vol. I pgg. 8—10 libellus continetur — prodiit a. 1538 —, tota ex Aldina pendet, nisi quod perpauca mutata sunt sive in melius sive in deterius. Nam praeter additum multis nominibus, quamquam non omnibus, iota subscriptum, quod in A plerumque omissum est, et correctos nonnullos accentus falso positos et emendata alia menda levia nihil correctum habet, quod memorabile videtur, praeter *εἰρημένα* in *εἵρημένα* (vol. I p. 57 ante med. K) mutatum. Contra eadem nonnulla deteriora reddidit, veluti cum p. 53 extr. *τὴν ταύτῃ ἡγουμένην* mutavit in *τ. ταύτην ἡ.* pro eo, quod *ταύτης* scribere debuit, vel *ἄξιοι* (p. 54 in.) in *ἀξίοις* corrupit vel *ἐπακταῖς* (pag. 59 in.) in *ἐπ' ἀκταῖς* distraxit, pro quo *ἐπακτοῖς* scribendum fuit. Cetera vitia Aldinae, quae non pauca sunt, intacta reliquit. Ex iis quot emendaverint, quae post Basileensem usque ad Goulstonum in lucem missae sunt editiones [4]), non compertum habeo, quia in conspectum meum non venerunt.

---

(t. II, p. 353 ed. Chart.): *διὸ δεῖ — μετάγειν τὴν σοφίην ἐς τὴν ἰητρικὴν καὶ τὴν ἰητρικὴν ἐς τὴν σοφίην. ἰητρὸς γὰρ φιλόσοφος ἰσόθεος. — καὶ ἔνι τὰ πρὸς σοφίην ἐν ἰητρικῇ πάντα· ἀφιλαργυρίη, ἐντροπή, ἐρυθρίησις, καταστολή, δόξα, κρίσις, ἡσυχίη, ἀπάντησις, καθαριότης, γνωμολογίη κ. τ. λ.*

4) Graece et latine c. versione Erasmi Roterodami Paris. 1544. — Galeni liber de optimo di-

Anno 1640 Londini Th. Gataker edidit 'Galeni opuscula varia a. Th. Goulstono, medico Londinensi, graece recensita'. Id, de quo quaerimus, legitur inde a pag. 25. Huius textum Goulstonus non solum coniecturis emendare, sed etiam ad codicum quorundam fidem recensere studuit. At quoniam plenum apparatum criticum, qui ei praesto erat, noluit in medium proferre, perpaucas tantum lectiones e codicibus suis enotavit, quod eo magis dolendum est, cum eos hodie deperditos esse pro certo haberi possit. Adhibuit enim ad textus recognitionem, ut ipse ait, quatuor: Adelphi codicem (Ad.), regium vel bibliothecae regis Britannici (Re.), Londinensem (Lond.), Veneti (Ven.) apographum. Hi ubi essent, quoniam in Darembergi 'Notices et Extraits des Manuscrits médicaux. I^re^ P. Manuscrits Grecs d' Angleterre' non repperi, Spiegelii, collegae humanissimi, rogatu viri doctissimi, qui in bibliothecis Londinensibus multum versati sunt, Haasius et Rostius, summa nuper diligentia inquisiverunt, sed ne vestigium quidem eorum invenerunt. Nec magis prospere res cessit Guilelmo Greenhill, medico eruditissimo, qui cum de historia medicinae tum de Galeni scriptis bene meritus est, quamvis non minus curiose quaerenti atque etiam Oxonii, ubi ea, quae Goulstonus scripta reliquit, nunc asservantur, indaganti. Equidem illos codices iam superiore saeculo interiisse ideo suspicor, quod nec Carley nec Ayscough in catalogis a se editis (1734, 1782) eorum mentionem ullam faciunt. Ex Adelphi quidem codice quas Goulstonus exscripsit scripturas — ceteros codd. fere prorsus silentio praetermisit —, eas infra indicabimus.

Post Goulstonum opera Galeni edidit Renatus Charterius Vindocinensis (Ch). Is vol. II inde a p. 356 libellum de medico philosopho edendum curavit (Parisiis 1679); at nihil nisi textum editionis Basileensis secutus est, quem ita retractavit, ut praeter pauca menda leviora sublata nihil, quod notatu dignum esset, ad emendationem textus contulerit.

Multo melius Coraës[5]) quamquam ne ipse quidem codice ullo usus esse

---

cendi genere. Quod optimus medicus idem sit et philosophus. Graece et lat. Basil. 1566. — Graece ex off. Fr. Morelli 1577. — Graece et cum libro: Exhort. ad. disc. bon. art. stud. Jo. Posselii Rostoch. 1591. — Sixti Arcerii versio latina c. notis eiusdem, in quibus textus graec. partim emendatur, partim illustratur c. adhort. Galeni ad artes. Franekerae 1616.

5) Inter Charterium et Coraëm incidit C. Sprengelius, qui Halae 1788 opusculum Galeni 'Ph. Fr. Meckelio, cum fasces acad. obtineret, gratulabundus' graece et latine edidit. At huius scriptiunculae exemplar ne Halae quidem quamquam summo studio in usum meum perscrutans H. Keilius repperit.

videtur, de textu vitiis purgando meritus est. Is Parisiis 1816 foras dedit *Ἱπποκράτους τὸ περὶ ἀέρων ὑδάτων τόπων δεύτερον*[6]) *ἐκδοθὲν μετὰ τῆς Γαλλικῆς μεταφράσεως· ᾧ προσετέθη — καὶ τοῦ Γαληνοῦ ὅτι ἄριστος ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος.* Multos locos corruptos, ut erat linguae Graecorum veterum peritissimus idemque ingeniosissimus, emendavit feliciter, ut postea ex adnotatione critica textui subiecta patebit. Nec tamen Kuehnius, qui in vol. I operum Galeni p. 53—63 (Lips. 1821) libellum editum habet, eius tametsi in 'Historia literaria' p. LXXII mentionem iniecit, rationem habuisse videtur, sed, ut est in plurimis aliis operibus Galeni edendis mancipium Charterii, ita in hoc quoque opusculo recensendo totus ex illo pendet, quo quae meliora fecit, ea sunt minuta atque obvia una, quae laude digna est, excepta emendatione p. 57 ante med. prolata, ubi pro *ἐν ὀλίγοις τοῖς ἔτεσι* scripsit *ἐν ὀλιγίστοις ἔτεσι.*

Post Kuehnium nulla iam editio libelli facta est atque paucissimi viri docti in eo emendando operam posuerunt iique tanquam subsicivo studio, veluti J. Caesar in Ind. lect. aestiv. Marburg. 1871 et, qui huius libelli censuram egit in Indic. Philol. III, 402, H. S(auppius), in enarrando versatus est nemo, nisi Darembergum excipias[7]), qui tamen paucas tantum interpretationi gallicae[8]) adnotationes subiecit. Itaque ego quoniam non vereor dicere dignum esse Galeni libellum, qui ab omnibus graece doctis, qui quidem ad hanc partem studiorum antiquitatis animum advertere velint, legatur atque cognoscatur, non supervacanei laboris esse existimavi, si et textum vitiose traditum ad codicum adhuc non adhibitorum fidem recognoscerem et verba scriptoris, ubi necesse videretur, adnotationibus illustrarem.

Hos autem ad textum recensendum adhibui codices:

1) Laurentianum (L) Plut. LXXIV, 3, de quo Bandinius in Catal. III, 49: 'Cod. membranaceus in fol. min. saec. XII varia Galeni opera continens'. Liber de medico philosopho continetur pgg. 129—132. Contulit in usum nostrum J. Duetschke. Is duas manus distinxit, unam, quae textum exaravit ($L^1$), alteram, quae inter versus vel in margine codicis menda correxit aut omissa supplevit ($L^2$). Codex ex alia familia oriundus est atque is, ex quo Aldina ceteraeque edd. fluxerunt. Id patet tum

---

6) Primum edidit Hippocratis librum cum interpretatione gallica et commentario Paris. 1800 (voll. 2).

7) Oeuvres anatomiques, physiologiques et médicales de Galien traduites par Ch. Daremberg. Tome I Paris 1854, T. II 1856.

8) l. l. I, 1—8.

e collocationis verborum diversitate, velut p. 54 sub fin., ubi in A *τὰ προγεγονότα καὶ τὰ παρόντα*, in L *τὰ παρόντα καὶ τὰ προγεγονότα*, p. 55 med., ubi in A *ἐστὶν ἰδεῖν*, in L *ἰδεῖν ἐστὶ* (l. *l. ἔστι*), p. 58 extr., ubi in A *πόλεως γενέσθαι αὐτόπτην*, in L *αὐτόπτην γενέσθαι πόλεως* scriptum exstat, tum ex alius generis lectionibus discrepantibus, quas infra textui subiecimus, e quarum comparatione simul manifestum est codicem L melioris notae esse quam eum, quem Aldina secuta est, atque illi plus tribuendum fidei et auctoritatis esse quam Aldinae, in qua omnium editionum usque ad hanc aetatem fundamenta posita fuerunt.

2) Parisinum (P) nr. 2164 [9]). Eum contulit summa qua solet accuratione Carolus Wescher, qui in hunc fere modum eum descripsit: 'Codex est chartaceus saec. XVI olim inter Colbertinos numeratus 2619, deinde inter regios 2134. 5, constans foliis 314, quibus continentur Galeni Varia tribus diversis manibus exarata'. Manu prima scripta sunt foll. 3—90; foll. 35ᵃ—37ᵇ libellus, de quo quaerimus. Parisini lectiones plerumque consentiunt cum L, inprimis cum L², neque tamen ita, ut pro certo colligere possis Parisinum esse nihil nisi apographum Laurentiani. Sed ex eodem fonte manasse videtur, quo ille codex, qui manui alteri Laurentiani propositus fuit. Propinquitate Parisinum attingere cognovimus

3) Josephi Scaligeri codicem (Scal.) In bibliotheca Guelferbytana asservatur exemplar editionis Aldinae, cuius margini J. Scaliger varias lectiones adscripsit. Quae ad opusculum Galeni pertinent, eas is, qui bibliothecae praeest, D. de Heinemann summa humanitate in usum meum exscripsit. Hae ita sunt comparatae, ut facile intellegatur Scaligerum codice usum esse eo, qui Parisino quam Laurentiano propinquior fuit. Nam praeter lectiones his communes adnotavit complures, quae Parisini propriae sunt. Aliae rursus nec in L nec in P leguntur, quae incertum est ex ingenio eius an e codice, quem excerpsit, sint profectae, velut p. 53 extr. *ταύτης* (*ταύτην* LP), p. 55 in. *καλοῦσιν* (*ἀποκαλοῦσιν* LP), p. 56 post in. *ὅτῳ* (*οὕτω* LP), ibid. *πολλούς* (*πολλῷ* LP), p. 60 post med. *ὃς ἂν* (*ὡς ἂν* LP). Hae si ingenio tanti viri debentur, ceteras e Parisino excerptas esse statuere licet; at quoniam nihil certi hac de re constat, rem in medio relinquamus.

LPScal. autem quamquam sunt praestantiores Aldina, tamen non pauca menda et vitia cum ea communia habere ex adnotatione critica mea apparet, unde cognosci potest illos codices et codicem Aldinae ad commune archetypon [10]) referen-

---

9) In Historia Literar. ap. Kuehn. I p. LXXI codex numero 2169 falso signatus est.

10) Idem, quod de illis, de codd. Goulstoni, quamquam paucissimae lectiones ex iis enotatae sunt, colligere licet.

dos esse, quod ipsum variis sordibus, interpolationibus, omissionibus inquinatum fuit. Itaque quoniam ne melioribus quidem libris, quamquam iis tanquam fundamento niti debet recensio, summa utique fides habenda est, dandum aliquid ingenio coniecturaeque ad pristinam manum scriptoris restituendam. Quocirca et aliorum [11]) et meas coniecturas pro opusculi exiguitate non paucas in textum recepi, modo ad Galeni usum dicendi et sententiarum rationem essent accommodatae. Codices autem ipsos ita adhibui, ut primo loco ponerem $L^2$ (raro admodum $L^1$), altero P et Scal., tertio demum Aldinam et codd. Goulstoni. Alia unde corruptis locis parari possint remedia, velut interpretationes latinae graecis manuscriptis aut aequales aut antiquiores, non reperiuntur. Nam neque versiones, quod equidem sciam, ex arabico in latinum factae exstant, quales aliorum operum Galeni in cod. Dresdensi (D 92. 93) aut Pragensi (VIII A 1) aliisque leguntur, nec Nicolaus Rheginus Calaber, cui a Roberto Aniovensi, rege Siciliae, mandatum erat, ut Galeni opera e graeco codice, quem ab Andronico Palaeologo acceperat, in latinum transferret, libellum latine reddidisse videtur, nec alii aetate superiores, ut Burgundio, iudex ille Pisanus, qui extremo saec. XII complura opera Galeni in latinum transtulit. Primus latine interpretatus est Erasmus Roterodamus, qui anno post Aldinam editam libellum publicavit, qui inscribitur 'Galeni medicorum principis exhortatio ad bonas arteis (sic), praesertim medicinam, de optimo docendi genere et qualem oporteat esse medicum D. Erasmo Roterod. interprete. Basileae op. Froben. mense Maio ann. 1526.' Alia post Erasmum interpretatio debetur L. Bellisario, medico Mutinensi, quae inde ab a. 1540 in editiones latinas Juntinas et Basileenses recepta est; Charterius novam fecit, quae in Kuehnii editionem fluxit [12]).

---

11) Praeter eos, quos supra nominavimus, commemoratione dignissimus est Janus Cornarius, qui s. XVI editionis Aldinae exemplari suo, quod nunc in bibliotheca Jenensi asservatur, emendationes in margine adiecit. Cf. J. Cornarii coniecturae et emendationes Galenicae. ed. Gruner. Jenae 1789. pp. 12 et 13. Grunerus ut erat mirum quidem caput, sed eximia diligentia, coniecturas Cornarii ex illo exemplari accuratissime exscripsit, quod equidem collatione cum Cornarii exemplari ipso a Jenensibus summa liberalitate mihi misso instituta cognovi.

12) Errat igitur J. Caesar, cum l. l. putare videtur versionem latinam, quae in editione Kuehnii est, antiquam esse ideoque ad emendationem textus valere.

His praemissis verba ipsa Galeni cum adnotatione critica sequuntur.

Opp. Gal. Vol. I, **53** ed. **K.** (Cap. I) *Οἷόν τι πεπόνθασιν οἱ πολλοὶ τῶν ἀθλητῶν ἐπι-*
*θυμοῦντες μὲν ὀλυμπιονῖκαι γενέσθαι, μηδὲν δὲ πράττειν, ὡς τούτου τυχεῖν, ἐπιτη-*
*δεύοντες, τοιοῦτόν τι καὶ τοῖς πολλοῖς τῶν ἰατρῶν συμβέβηκεν. ἐπαινοῦσι μὲν γὰρ*
*Ἱπποκράτην καὶ πρῶτον ἁπάντων ἡγοῦνται, γενέσθαι δ' αὐτοὺς ἐν ὁμοίοις ἐκείνῳ*
*πάντα μᾶλλον ἢ τοῦτο πράττουσιν. ὁ μὲν γὰρ οὐ σμικρὰν μοῖραν εἰς ἰατρικήν φησι*
*συμβάλλεσθαι τὴν ἀστρονομίαν καὶ δηλονότι τὴν ταύτης ἡγουμένην ἐξ ἀνάγκης γεωμε-*
**54 K** *τρίαν· οἱ δ' οὐ μόνον αὐτοὶ μετέρχονται τούτων οὐδέ | τερον, ἀλλὰ καὶ τοῖς μετιοῦσι*
*μέμφονται. καὶ μὲν δὴ καὶ φύσιν σώματος ὁ μὲν ἀκριβῶς ἀξιοῖ γιγνώσκειν ἀρχὴν εἶναι*
*φάσκων αὐτὴν τοῦ κατ' ἰατρικὴν λόγου παντός· οἱ δ' οὕτω καὶ περὶ τούτων σπουδά-*
*ζουσιν, ὥστ' οὐ μόνον ἑκάστου τῶν μορίων οὐσίαν ἢ πλοκὴν ἢ μέγεθος ἢ τὴν πρὸς τὰ*
*παρακείμενα κοινωνίαν, ἀλλ' οὐδὲ τὴν θέσιν ἐπίστανται. καὶ μέν γε καὶ ὡς ἐκ τοῦ μὴ*
*γιγνώσκειν κατ' εἴδη τε καὶ γένη διαιρεῖσθαι τὰ νοσήματα συμβαίνει τοῖς ἰατροῖς ἁμαρ-*
*τάνειν τῶν θεραπευτικῶν σκοπῶν, Ἱπποκράτει μὲν εἴρηται προτρέποντι τὴν λογικὴν*
*ἡμᾶς ἐξασκεῖν θεωρίαν· οἱ δὲ νῦν ἰατροὶ τοσοῦτον ἀποδέουσιν ἠσκῆσθαι κατ' αὐτήν,*
*ὥστε καὶ τοῖς ἀσκοῦσιν ὡς ἄχρηστα μεταχειριζομένοις ἐγκαλοῦσιν. οὕτω δὲ καὶ τοῦ*
*προγιγνώσκειν τά τε παρόντα καὶ τὰ προγεγονότα καὶ τὰ μέλλοντα γενήσεσθαι τῷ*

---

**Adnotatio critica.** Sigla haec sunt: L = cod. Laurentianus LXXIV, 3, $L^1$ = eius manus prima, $L^2$ = eiusdem m. altera; P = Parisinus n. 2164; Ad. = cod. Adelphi apud Goulstonum; A = editio Aldina, B = ed. Basileensis; Corn. = Cornarii emendationes, Scal. = J. Scaligeri adnotationes; G = editio Goulstoni; Ch = ed. Charteriana; Cr. = editio Corais; K = Kuehniana; O = omnes codd. et edd., quotquot nobis innotuerunt.

2 *ὀλυμπιονίκαι* LPABGCh Cr. *ὀλυμπιονῖκαι* K — 3 *τοιοῦτόν τοι* P — 4 *αὐτοῖς* P — *ἐν ὁμοίοις. 'ἴσως γραπτέον αὐτοὺς ἐναμίλλους'* Cr. — 5 *πράττουσι* LABGChK *πράττουσιν* PCr. — *οἱ μὲν* LPAB *ὁ μὲν* Corn. G Ch Cr. K ('ille enim - admonet' Bellisarius) — *οὐ μικρὰν* O *οὐ σμικρὰν* nos; cf. infra (p. 57 post in. K) p. 12, 14, ubi P *οὐ σμικρὸν ἦν πλεονέκτημα;* de Plac. Hipp. et Plat. vol. V, 184, 8 K *οὐ σμικρὰ συνετέλεσεν;* 188, 12 *οὐ σμικρὸν ἀπετόλμησε;* 191, 1 *οὐ σμικρὸς λόγος;* id. 196, 7; 707, 18 *οὐ σμικρά;* 720, 15 *οὐ σμικρὰν δύναμιν* multisque aliis aliorum operum Galeni locis *οὐ σμικρός* et *σμὶκρός* (sine *οὐ*) legitur. — *ἰατρικήν φασι* PScal. ('atque alii quidem — aiunt' Erasmus) *ἰατρικὴν φησὶ* LAB *ἰατρικήν φησι* G — 6 *ταύτην* LPBCh *ταύτη* A *ταύτῃ* G *ταύτης* Scal. Cr. K — 7 *μετέχονται* P — 8 *ἀξιοῖς* B — 9 *ἰητρικὴν* P — 10 *σπουδάζουσι ὥς* AB *σπ. ὡς* Ch K *σπουδάζουσιν ὡς* GCr. *σπουδάζουσι ὥστ'* L *σπουδάζουσιν· ὥστ'* P — 11 *καὶ μέν γε ὡς* ABChK *καὶ μήν γε* Corn. G *'ἴσως γρ. καὶ μὲν δή'* Cr. *καὶ μὲν γὲ καὶ ὡς* L *καὶ μέν γε καὶ ὡς* P — 12 *γινώσκειν* P — 13 *Ἱπποκράτη* A *Ἱπποκράτῃ* BChCr. *Ἱπποκράτει* LPScal. GK — 15 *ἐγκαλοῦσι* LABGChK *ἐγκαλοῦσιν* PCr. — 16 *προγιγνώσκειν τε τὰ προγεγονότα καὶ τὰ παρόντα* ABGChCr.K *προγιγνώσκειν* (*προγιν.* P) *τὲ τὰ παρόντα καὶ τὰ προγεγονότα* LPScal. *προγ. τά τε π. κ. τ. πρ.* nos —

κάμνοντι [παθήματα] πολλὴν χρῆναι πεποιῆσθαι πρόνοιαν Ἱπποκράτης φησίν· οἱ δὲ
καὶ περὶ τοῦτο τὸ μέρος τῆς τέχνης ἐπὶ τοσοῦτον ἐσπουδάκασιν, ὥστ', εἴ τις αἱμορρα-
γίαν ἢ ἱδρῶτα προείποι, | γόητά τε καὶ παραδοξολόγον ἀποκαλοῦσι. σχολῇ γ' ἂν οὗτοι 55 K
τἆλλα προλέγοντός τινος ἀνάσχοιντο, σχολῇ δ' ἄν ποτε τῆς διαίτης τὸ σχῆμα πρὸς τὴν
μέλλουσαν ἔσεσθαι τοῦ νοσήματος ἀκμὴν καταστήσαιντο· καὶ μὴν Ἱπποκράτης οὕτω γε
διαιτᾶν κελεύει. τί δὴ οὖν [ἐστι τὸ] ὑπόλοιπον, [εἰς] ὃ ζηλοῦσι τἀνδρός; οὐ γὰρ δὴ
τήν γε τῆς ἑρμηνείας δεινότητα· τῷ μὲν γὰρ καὶ τοῦτο κατώρθωται, τοῖς δ' οὕτω τοὐ-
ναντίον, ὥστε πολλοὺς αὐτῶν ἰδεῖν ἔστι καθ' ἓν ὄνομα δὶς ἁμαρτάνοντας, ὃ μηδ' ἐπι-
νοῆσαι ῥᾴδιον.

(Cap. II) Διόπερ ἔδοξέ μοι ζητῆσαι τὴν αἰτίαν ἥτις ποτ' ἐστί, δι' ἣν καίτοι
θαυμάζοντες ἅπαντες τὸν ἄνδρα μήτ' ἀναγιγνώσκουσιν αὐτοῦ τὰ συγγράμματα μήτ', εἰ
καί τῳ τοῦτο παρασταίη, συνίησι τῶν λεγομένων ἤ, εἰ καὶ τοῦτ' εὐτυχήσειεν, ἀσκήσει
τὴν θεωρίαν ἐπεξέρχεται βεβαιώσασθαί τε καὶ εἰς ἕξιν ἀγαγεῖν βουλόμενος. εὑρίσκω
δὴ [καὶ] σύμπαντα κατορθούμενα βουλήσει τε καὶ δυνάμει τοῖς ἀνθρώποις παραγιγνό-
μενα· θατέρου | δ' αὐτῶν ἀτυχήσαντι τὸ καὶ τοῦ τέλους αὐτοῦ ἀναγκαῖον ἀποτυχεῖν. 56 K

---

1 κάμνοντι νοσήματα $L^1$ ABGChCr.K κάμνοντι παθήματα $L^2$ P παθήματα uncis inclusimus — χρῆναι ποιεῖσθαι Cr. — φησὶν A φησίν B. cett. — 3 προείπῃ LPAB προείπῃ GChK προείποι Cr. — παραδοξόλογον ABGCh παραδοξολόγον LPScal. Cr. K — καλοῦσιν Scal. ἀποκαλοῦσιν LPABGChK ἀποκαλοῦσι Cr. — σχολῆ LPABCr. (idem paulo post), σχολῇ GChK — γ' οὗτοι $L^1$ γ' ἂν οὗτοι $L^2$ — 4 τ' ἄλλα ABG Ch(id. infra p. 13, 18) τἄλλα LPCr K τἆλλα nos; cf. de Plac. p. 218, 10, ubi Cantabrig. τἆλλα; Schneid. ad Plat. Civ. 333 D 484 D 505 A — προλέγοντες $L^1$, supra hoc verbum nonnulla altera manu scripta erasa sunt. — σχολὴν δ' P — 5 καταστήσαιτο in textu, -σαιντο in marg. G — ἱπποκράτης γε οὕτως γε L ἱπποκράτης γε διαιτᾶν κελεύει οὕτως P Ἱπποκράτης οὕτως γε ABGChCr.K — 6 οὖν ἐστὶ τὸ ὑπόλοιπον $L^2$ ABGK οὖν ἐστι τὸ ὑ. PChCr. οὖν ὑπόλοιπον $L^1$ ἐστι τὸ nos uncis inclusimus. — εἰς ὃ O εἰς eiecit Cr. — τἀνδϊός (sic) P — ὁ γὰρ δὴ LPABChK εἰ γὰρ δὴ Caesar οὐ γὰρ δὴ Corn. G Cr. Sauppius (Ind. Philol. III, 401) — 7 τήνδε ABGChK τήν γε LPCr. Caesar — τῷ μέν γε O τῷ μὲν γὰρ nos — κατόρθωται LPABG κατώρθωται ChCr.K — 8 ἐστὶν ἰδεῖν ABG ἐστιν ἰ. Ch Cr. K ἰδεῖν ἐστὶν PScal. ἰ. ἐστὶ L ἰ. ἔστι nos — 9 ῥάδιον (sine iot.) LABG ῥαδίως P — 10 ἥ τὶς ποτ' A ἥτίς πότ' G ἥ τίς ποτ' LPBChK ἥτις ποτ' Cr. — 11 θαυμάζονται LPABGChK θαυμάζοντες Cr. — ἀναγινώσκουσιν LPABGChK ἀναγιγν. Cr. — 12 εἰ καὶ τοῦτο $L^1$ εἰ καὶ τῷ τ. ABGCh εἰ καί τῳ τ. $L^2$ PScal. Cr. K — 12 εἰ καὶ τούτῳ Ad. εἰ καὶ τοῦτο cett. εἰ καὶ τοῦτ' nos; cf. p. 15, 18 (p. 62 extr. K) τοῦτ' ἀναίσχυντον — 13 βουλομένου PScal. — εὑρίσκων δὴ LPABGChK εὑρίσκω δὲ Cr. Darembergus εὑρίσκω δὴ nos — 14 καὶ σύμπαντα O καὶ uncis inclusimus — σύμπαντα τὰ κατορθούμενα Cr. — παραγινόμενα LP παραγιγνόμενα cett. — 15 'ἴσως γρ. ἀτυχήσασι' Cr. Daremb. ἀτυχήσαντι τῷ G ἀτυχήσαντί τῳ Caesar ἀτυχήσαντι τὸ LPABChK — τοῦ τέλους αὐτῶν O τ. τ. αὐτοῦ nos —

αὐτίκα γέ τοι τοὺς ἀθλητὰς ἢ διὰ τὴν τοῦ σώματος ἀφυΐαν ἢ διὰ τὴν τῆς ἀσκήσεως ἀμέλειαν ὁρῶμεν ἀποτυγχάνοντας τοῦ τέλους· ὅτῳ δ' ἂν καὶ ἡ τοῦ σώματος φύσις ἀξιόνικος ᾖ καὶ τὰ τῆς ἀσκήσεως ἄμεμπτα, τίς μηχανὴ μὴ οὐ πολλοὺς ἀνελέσθαι τόνδε στεφανίτας ἀγῶνας; ἆρ' οὖν ἐν ἀμφοτέροις οἱ νῦν ἰατροὶ δυστυχοῦσιν οὔτε δύναμιν οὔτε βούλησιν ἀξιόλογον ἐπιφερόμενοι περὶ τὴν τῆς τέχνης ἄσκησιν ἢ τὸ μὲν ἕτερον αὐτοῖς ὑπάρχει, θατέρου δ' ἀπολείπονται; τὸ μὲν δὴ μηδένα φύεσθαι δύναμιν ἔχοντα ψυχικὴν ἱκανὴν καταδέξασθαι τέχνην οὕτω φιλάνθρωπον οὔ μοι δοκεῖ λόγον ἔχειν ὁμοίου γε δὴ τοῦ κόσμου καὶ τότ' ὄντος καὶ νῦν καὶ μήτε τῶν ὡρῶν τῆς τάξεως ὑπηλλαγμένης μήτε τῆς ἡλιακῆς περιόδου μετακεκοσμημένης μήτ' ἄλλου τινὸς ἀστέρος ἢ ἀπλανοῦς ἢ πλανωμένου μεταβολήν τινα ἐσχηκότος· εὔλογον δὲ διὰ μοχθηρὰν τροφήν, ἣν οἱ νῦν ἄνθρωποι τρέφον-
57 K ται, καὶ διὰ τὸ τὸν | πλοῦτον ἀρετῆς εἶναι τιμιώτερον οὔθ' οἷος Φειδίας ἐν πλάσταις οὔθ' οἷος Ἀπελλῆς ἐν γραφεῦσιν οὔθ' οἷος Ἱπποκράτης ἐν ἰατροῖς ἔτι γίγνεσθαί τινα. καίτοι τό γ' ὑστέροις τῶν παλαιῶν ἡμῖν γεγονέναι καὶ [τὸ] τὰς τέχνας ὑπ' ἐκείνων ἐπὶ πλεῖστον προηγμένας παραλαμβάνειν οὐ σμικρὸν ἦν πλεονέκτημα. τὰ γοῦν ὑφ' Ἱπποκράτους εὑρημένα χρόνῳ παμπόλλῳ ῥᾷστον ἦν ἐν ὀλιγίστοις ἔτεσιν ἐκμαθόντα τῷ λοιπῷ χρόνῳ τοῦ βίου πρὸς τὴν τῶν λειπόντων εὕρεσιν καταχρήσασθαι. ἀλλ' οὐκ ἐνδέχεται πλοῦτον ἀρετῆς τιμιώτερον ὑποθέμενον καὶ τὴν τέχνην οὐκ εὐεργεσίας ἀνθρώπων ἕνεκεν, ἀλλὰ χρηματισμοῦ μαθόντα τοῦ τέλους τοῦ κατ' αὐτὴν ἐφίεσθαι [φθάσουσι γὰρ ἕτεροι πλουτῆσαι, πρὶν ἡμᾶς ἐπὶ τὸ τέλος αὐτῆς ἐξικέσθαι]. οὐ γὰρ δὴ δυνατὸν ἅμα χρηματίζεσθαί τε καὶ οὕτω μεγάλην ἐπασκεῖν τέχνην, ἀλλ' ἀνάγκη καταφρονῆσαι θατέρου

---

2 *οὕτω δ'* LPABChK *οὗ δ'* vel *ὥτω δ'* (i. e. *ὅτῳ*) Corn. *ὅτῳ δ'* Scal. G. Willet (ad Galen. *Προτρεπτικόν* ed. 1812 p. 106; cf. Greenhill in Henschel. Jan. I, 626) Cr. Caesar (cf. Saupp. in Ind. Philol. III, 401) — 3 *τὶς μηχανὴ* AB — *μὴ* ante *οὐ* om. P — *πολλῶ* LPA *πολλῷ* BGChK *πολλάκις* Darembergus *πολλοὺς* Scal. Willet (l. l.) Cr. Sauppius (l. l.) — 4 *στεφανίτην* P — 6 *τοῦτο μὲν* Ad. *τὸ μὲν* cett. — *ἐχόντα* PA — 7 *ὁμοίου γὰρ τοῦ* ABGChK *ὁμοίου δὴ τοῦ* $L^1$ *ὁ. γὰρ δὴ τοῦ* $L^2$ *ὁμοίου γε τοῦ* Cr. *ὁ. γε δὴ τοῦ* PScal. — 8 *ὄντα* P — *ὑπηλλαγμένη* P — 9 *ἡλι-κῆς* (sic) P — *ἀστέρου* AB — 10 *οἱ* ante *νῦν* om. P — 11 verba *οὔθ'* — *ἐν πλάσταις* om. $L^1$ adiec. $L^2$ — 12 *ἀπέλης* P *ἀπελὴς* L — *γενέσθαι* $L^1$ ABGChK *γίνεσθαι* $L^2$ Cr. *γίγνεσθαι* P — 13 *τό γε* O *τό γ'* nos, cf. supra *σχολῇ γ' ἂν* et infra p. 13, 6 (p. 58 ante med.) *εἴ τίς γ' ἐστί*, p. 14, 5 *ὅ γ' ἀληθής* (unus P *ὅ γε ἀλ.*), p. 15, 15 *τοῦτό γ' ἂν* — *ὑστήροις* A — *τὸ* ante *τὰς τέχνας* uncis inclusimus — 14 *οὐ μικρὸν* cett. *οὐ σμικρὸν* P cf. supra p. 10, 5 — 15 *εἰρημένα* LPA *εὑρημένα* Corn. B (in margine) — *ῥᾶστον* sine iota LPABG — 15 *ὀλίγοις τοῖς* PBBGChCr. *ὀλιγίστοις* K (de L nihil certi enotatum) — 16 *λοιπόντων* P — 18 *μαθόντας* P – *ἐφικέσθαι* Cr. *ἐφίεσθα ι*cett. — 19 *πλουτίσαι* PABGCh *πλουτῆσαι* an *πλουτίσαι* incerta scriptura L *πλουτῆσαι* Cr. K. Verba *φθάσουσι* — *ἐξικέσθαι* uncis inclusimus — 20 *μεγάλα* P — *θατέρον* (sic) A *θάτέρου* P —

*τὸν ἐπὶ θάτερον ὁρμήσαντα σφοδρότερον. ἆρ᾽ οὖν ἔχομέν τινα τῶν νῦν ἀνθρώπων εἰπεῖν εἰς τοσοῦτο μόνον ἐφιέμενον χρημάτων κτήσεως, εἰς* | 58 K *ὅσον ὑπηρετεῖν ἐξ αὐτῆς ταῖς ἀναγκαίαις χρείαις τοῦ σώματος; ἔστι τις ὁ δυνάμενος οὐ μόνον λόγῳ πλάσασθαι, ἀλλ᾽ ἔργῳ διδάξασθαι τοῦ κατὰ φύσιν πλούτου τὸν ὅρον ἄχρι τοῦ μὴ πεινῆν, μὴ διψῆν, μὴ ῥιγοῦν προϊόντα;*

(Cap. III) *Καὶ μὴν εἴ τίς γ᾽ ἐστὶ τοιοῦτος, ὑπερόψεται μὲν Ἀρταξέρξου τε καὶ Περδίκκου καὶ τοῦ μὲν οὐδ᾽ ἂν εἰς ὄψιν ἀφίκοιτό ποτε, τὸν δ᾽ ἰάσεται μὲν νοσοῦντα νόσημα τῆς Ἱπποκράτους τέχνης δεόμενον, οὐ μὴν ἀξιώσει γε διὰ παντὸς συνεῖναι, θεραπεύσει δὲ τοὺς ἐν Κρανῶνι καὶ Θάσῳ καὶ ταῖς ἄλλαις πολίχναις πένητας. ἀπολείψει δὲ καὶ Κῴοις μὲν τοῖς πολίταις Πόλυβόν τε καὶ τοὺς ἄλλους μαθητάς, αὐτὸς δὲ πᾶσαν ἀλώμενος ἐφέξει τὴν Ἑλλάδα. χρὴ γὰρ αὐτὸν γράψαι τι καὶ περὶ φύσεως χωρίων. ἵν᾽ οὖν κρίνῃ τῇ πείρᾳ τὰ ἐκ λόγου διδαχθέντα, χρὴ πάντως αὐτὸν αὐτόπτην γενέσθαι πόλεων, τῆς πρὸς μεσημβρίαν τετραμμένης καὶ τῆς πρὸς ἄρκτον καὶ τῆς πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα καὶ τῆς πρὸς* | 59 K *δυσμάς, ἰδεῖν δὲ καὶ τὴν ἐν κοίλῳ κειμένην καὶ τὴν ἐφ᾽ ὑψηλοῦ καὶ τὴν ἐπακτοῖς ὕδασι χρωμένην καὶ τὴν πηγαίοις καὶ τὴν ὀμβρίοις καὶ τὴν ἐκ λιμνῶν καὶ ποταμῶν, ἀμελῆσαι δὲ καὶ μηδ᾽ εἴ τις ψυχροῖς ἄγαν ὕδασι μηδ᾽ εἴ τις θερμοῖς χρῆται μηδ᾽ εἰ νιτρώδεσι μηδ᾽ εἰ στυπτηριώδεσιν ἤ τισιν ἑτέροις τοιούτοις, ἰδεῖν δὲ καὶ ποταμῷ μεγάλῳ πρόσοικον πόλιν καὶ λίμνῃ καὶ ὄρει καὶ θαλάττῃ καὶ τἆλλα*

---

1 *σφοδρότερου* (sic) A — *ἔχομεν τινὰ* LPAB — 2 *εἰπεῖν* om. L[1] adiec. L[2] — *τοσοῦτον* LABGChCr.K *τοσοῦτο* P — *ἀφιέμενον* P — *ἐξ αὐτῶν* PScal. — 3 *ἔστι τὶς* ABCr. *ἔστι τίς* LP — *οὐ μόνον* om. L[1] adiec. L[2] — 4 *πινεῖν* (sic) P — 5 *προϊόντος* LABChK *προϊόντα* PCorn. — 6 *εἴ τις γ᾽ O εἴ τίς γ᾽* nos — *ἐστίν* P — *τε* ante *καί* om. L[1] add. L[2] — 7 *Περδίκου* LPAB — *ἀφίκοιτο ποτὲ* LAB *ἀφ. ποτέ* P — *δ᾽* post *τὸν* om. L[1] add. L[2] — 8 *ἱπποκράτου* P — *ἀξιώσειε διὰ* P — 10 *ἀπολήψει* an *ἀπολείψει* incerta scriptura L — *καὶ* ante *Κῴοις* nos inseruimus — *Κώοις* LPABGChK *Κῴοις* Cr. — *καὶ πολίταις* LPABGChK *τοῖς π.* Cr. — 11 ʻ*ἴσως γρ.* ʻ*αὐτὸς δ᾽ ἐπὶ πᾶσαν*ʼ Cr. — *ἀλώμενος* BCr. — *ἐφήξει* GCr. — *γάρ* post *χρὴ* om. L[1] add. L[2] — *τι* post *γράψαι* om. L[1] add. L[2] — *γράψαί τι* PABG — 12 *κρίνη* (sine iota) LPA — 13 *πόλεως γενέσθαι αὐτόπτην* ABGChK *αὐτ. γεν. πόλεως* LPScal. *αὐτ. γ. πόλεων* nos — *ἐστραμμένης* P — 14 *τῆς δυσμάς* ABCh *τῆς πρὸς δ.* LPCorn. Scal. GCr.K — *ἐν κοίλη* P *ἐν κοίλῳ* Scal. — 15 *ἐφ᾽ ἠψυλῷ* A *ἐφ᾽ ὑψηλῷ* LBGChK *ἐφ᾽ ὑψηλοῦ* Cr. — *ἐπ᾽ ἀκταῖς* BG *ἐπ᾽ ἀκτῆς* Scal. *ἐπ᾽ ἀκτοῖς* P *ἐπακτοῖς* LCr.K — *χωωμένην* ABG (sed in adnot. legi vult *χρωμένην*) *χρωμένην* LPCorn. Scal. cett. — 16 *ἀμελῆσαι δὲ καὶ εἰ μήδ᾽ εἴ τις* L *ἀ. δ. κ. εἰ μὴ δ᾽ εἴ τις* PAB; prius *εἰ* del. Corn. G adnotans ʻopinor vacare *εἰ* vel sententiam sic legendam: *ἀμ. δὲ καὶ δεῖ μηδ᾽ εἴ τις* vel *μηδ᾽ ἀμ. δεῖ καὶ εἴ τις*ʼ. *ἀμ. δὲ καὶ μήδ᾽ εἴ τις* K *ἀμ. δὲ μηδ᾽ εἴ τις* Cr. — 16 *ψηχροῖς* A — *ὕδασιν* P — *μή δ᾽* P *μήδ᾽* LK — 17 *μήτε νιτρώδεσι μήτε στυπτ.* LPABGChK *μηδ᾽ εἰ νιτρ. μηδ᾽ εἰ στυπτ.* Cr. — *ἤ τισὶν* LAB — 18 *προσοίκων* P *προσοίκον* (sic) A — *τ᾽ἄλλα* ABChG *τἄλλα* LPCr.K *τἆλλα* nos, cf. supra p. 11, 4 —

πάντα, περὶ ὧν αὐτὸς ἡμᾶς ἐδίδαξεν. ὥστ' οὐ μόνον ἀνάγκη χρημάτων καταφρονεῖν τὸν τοιοῦτον ἐσόμενον, ἀλλὰ καὶ φιλόπονον ἐσχάτως ὑπάρχειν. καὶ μὴν οὐκ ἐνδέχεται φιλόπονον εἶναί τινα μεθυσκόμενον ἢ ἐμπιπλάμενον ἢ ἀφροδισίοις προσκείμενον ἢ συλλήβδην εἰπεῖν αἰδοίοις καὶ γαστρὶ δουλεύοντα. σωφροσύνης οὖν φίλος, ὥσπερ γε καὶ ἀληθείας ἑταῖρος, ὅ γ' ἀληθὴς ἰατρὸς ἐξεύρηται. καὶ μὲν δὴ καὶ λογικὴν μέθοδον ἀσκεῖν χρὴ χάριν τοῦ γνῶναι, πόσα τὰ πάντα κατ' εἴδη τε καὶ γένη
60 K νοσήματα | ὑπάρχει καὶ πῶς ἐφ' ἑκάστου ληπτέον ἔνδειξίν τινα ἰαμάτων. ἡ δ' αὐτὴ μέθοδος ἥδε καὶ τὴν τοῦ σώματος αὐτὴν διδάσκει φύσιν, τήν τ' ἐκ τῶν πρώτων στοιχείων, ἃ δι' ἀλλήλων ὅλα κέκραται, καὶ τὴν ἐκ τῶν δευτέρων, τῶν αἰσθητῶν, ἃ δὴ καὶ ὁμοιομερῆ προσαγορεύεται, καὶ τρίτην ἐπὶ ταύταις τὴν ἐκ τῶν ὀργανικῶν μερῶν. ἀλλὰ καὶ τίς ἡ χρεία τῷ ζῴῳ τῶν εἰρημένων ἑκάστου καὶ τίς ἡ ἐνέργεια, δέον ἄγειν καὶ ταῦτα μὴ ἀβασανίστως, ἀλλὰ μετ' ἀποδείξεως πεπιστεῦσθαι, πρὸς τῆς λογικῆς δήπου διδάσκεται μεθόδου. τί δὴ οὖν ἔτι λείπεται πρὸς τὸ μὴ εἶναι φιλόσοφον τὸν ἰατρόν, ὃς ἂν Ἱπποκράτους ἀξίως ἀσκήσῃ τὴν τέχνην; εἰ γάρ, ἵνα μὲν ἐξεύρῃ φύσιν σώματος καὶ νοσημάτων διαφορὰς καὶ ἰαμάτων ἐνδείξεις, ἐν τῇ λογικῇ θεωρίᾳ γεγυμνάσθαι προσήκει, ἵνα δὲ φιλοπόνως τῇ τούτων ἀσκήσει παραμένῃ, χρημάτων τε καταφρονεῖν καὶ σωφροσύνην ἀσκεῖν, πάντ' ἂν ἤδη τῆς φιλοσοφίας ἔχοι τὰ μέρη, τό τε λογιστικὸν καὶ
61 K | τὸ φυσικὸν καὶ τὸ ἠθικόν. οὐ γὰρ δὴ δέος γε, μὴ χρημάτων καταφρονῶν καὶ σωφροσύνην ἀσκῶν ἄδικόν τι πράξῃ· πάντα γάρ, ἃ τολμῶσιν ἀδίκως ἄνθρωποι, φιλοχρηματίας ἀναπειθούσης ἢ γοητευούσης ἡδονῆς πράττουσιν. οὕτω δὲ καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἀναγκαῖον ἔχειν αὐτόν· σύμπασαι γὰρ ἀλλήλαις ἕπονται καὶ οὐχ οἷόν τε μίαν

---

1 πάντα καὶ περὶ LPABGChK καὶ eiecit Cr. — ἡμᾶς αὐτὸς P — 3 εἶναι τινὰ LPABG — μεθισκόμενον P — ἢ ante ἐμπιπλάμενον omiss. in O nos inseruimus — 4 συλληβδὴν A — σωφροσύνης γοῦν O σ. οὖν nos — 5 ὥσπέρ γε ABG — ὅ γε ἀληθ. P; cf. supra p. 12, 13. — 6 ἀσκει (sic) L[1] ἀσκεῖν L[2] P cett. – 6 χρὴ post ἀσκεῖν inseri vult Cr. — 7 ἔνδειξιν τινὰ LPAB — 8 διδάκει P — 9 δευτέρων αἰσθητῶν AB — 10 τρίτον PScal. — 11 καί τις L[1] AB καὶ τὶς L[2] — ζώῳ O ζῴῳ nos – καὶ τὶς AB – δέον μὲν ἄγειν LPABChK δέον μὲν λέγειν G μέν eiecit Cr.; fortasse legendum δέον λαμβάνειν, cf. infra Comment. nostr. — 12 μετὰ ἀποδ. LPABGChCr. μετ' ἀπ. K — πεπιστεῦται AB πεπιστεῦθαι LCr. πεπιστεῦσθαι PScal. GChK — 13 τὶ δὴ AB — πρὸς τῷ ABGCh πρὸς τὸ LPScal. Cr.K; vide Comm. nostr. — οὗς ἂν AB ὡς ἂν LP 'ός (sic) Ad. alii ὧν' G in adn. ὃς ἂν Corn. Scal. G Cr. K — 14 ἱπποκράτης P — ἀξι (sic) L[1] ἀξίως L[2] om. P — εἰ γὰρ om. L[1] adiec. L[2] — 15 γεγυμνᾶσθαι LPABGCr. γεγυμνάσθαι ChK — 17 πάντα ἤδη O πάντ' ἂν ἤδη nos — ἔχοντα μέρη P ἔχει τὰ μ. Cr. — 18 τὴν σωφροσύνην ABGChCr.K τήν deest in LPScal. — 19 ἄτοπόν τι ABGChCr.K ἄτοπον L[1] ἄδικον L[2]P ἄτοπον καὶ ἄδικόν τι Scal. — πράξει PScal. πράξη LA πράξῃ B — 20 οὕτω δὴ Cr. — 21 ἔχειν αὐτήν P —

ἡντινοῦν λαβόντι μὴ οὐχὶ καὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας εὐθὺς ἀνακολουθούσας ἔχειν ὥσπερ ἐκ μιᾶς μηρίνθου δεδεμένας. καὶ μὴν εἴ γε πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς μάθησιν καὶ πρὸς τὴν ἐφεξῆς ἄσκησιν ἀναγκαία τοῖς ἰατροῖς ἐστιν ἡ φιλοσοφία, δῆλον ὡς, ὅστις ἂν ἀληθὴς ἰατρὸς ᾖ, πάντως οὗτός ἐστι καὶ φιλόσοφος. οὐδὲ γὰρ οὐδ' ὅτι πρὸς τὸ χρῆσθαι καλῶς τῇ τέχνῃ φιλοσοφίας δεῖ τοῖς ἰατροῖς, ἀποδείξεως ἡγοῦμαί τινος χρῄζειν ἑωρακότας γε πολλάκις, ὡς φαρμακεῖς εἰσιν, οὐκ ἰατροὶ καὶ χρῶνται τῇ τέχνῃ πρὸς τοὐναντίον ἢ πέφυκεν οἱ φιλοχρήματοι.

(Cap. IV) Πότερον οὖν ὑπὲρ ὀνομάτων ἔτι διενεχθήσῃ καὶ ληρήσεις | ἐρίζων 62 K
ἐγκρατῆ μὲν καὶ σώφρονα καὶ χρημάτων κρείττονα καὶ δίκαιον ἄξιον εἶναι τὸν ἰατρόν, οὐ μὴν φιλόσοφόν γε, καὶ φύσιν γιγνώσκειν σωμάτων καὶ ἐνεργείας ὀργάνων καὶ χρείας μορίων καὶ διαφορὰς νοσημάτων καὶ θεραπειῶν ἐνδείξεις, οὐ μὴν ἠσκῆσθαί γε κατὰ τὴν λογικὴν θεωρίαν, ἢ τὰ πράγματα συγχωρήσας ὑπὲρ ὀνομάτων αἰδεσθήσῃ διαφέρεσθαι; καὶ μὴν ὀψὲ μέν, ἄμεινον δὲ νῦν γοῦν σωφρονήσαντά σε μὴ καθάπερ κολοιὸν ἢ κόρακα περὶ φωνῶν ζυγομαχεῖν, ἀλλ' αὐτὴν τῶν πραγμάτων σπουδάζειν τὴν ἀλήθειαν. οὐ γὰρ δὴ τοῦτό γ' ἂν ἔχοις εἰπεῖν, ὡς ὑφάντης μέν τις ἢ σκυτοτόμος ἀγαθὸς ἄνευ μαθήσεώς τε καὶ ἀσκήσεως οὐκ ἄν ποτε γένοιτο, δίκαιος δέ τις ἰατρὸς ἢ σώφρων ἢ ἀποδεικτικὸς ἢ δεινὸς περὶ φύσιν ἐξαιφνίδιον ἀναφανήσεται μήτε διδασκάλοις χρησάμενος μήτ' αὐτὸς ἐπασκήσας ἑαυτόν. εἰ τοίνυν καὶ τοῦτ' ἀναίσχυντον καὶ θάτερον οὐ

---

1 ἡντιναοῦν ABGChCr.K ἡντινοῦν LP (in codd. librorum de Placitis Hipp. et Plat. saepius ἡντινοῦν quam ἡντιναοῦν scriptum invenimus) — εἰς μίαν μιρίνθον L ἐκ μιᾶς μιρίνθου PScal. ἐκ μ. μηρίνθου A — 3 ἀναγκαῖα PABG — ἰατροῖς ἐστὶν LPABG — ἂν ἰατρὸς O ἂν ἀληθὴς i. nos — 4 οὕτως A — οὗτος ἐστὶ LPBScal. — καὶ ante φιλόσοφος om. L[1] adiec. L[2] — χρῆσαι L[1] χρῆσθαι L[2] — 5 τῇ τέχνῃ — ἀποδείξεως om. L[1] adiec. in marg. L[2] — 5 ἡγοῦμαι τινὸς LAB ἡ. τινὰ P — χρήζειν LPABGCh χρῄζειν Cr.K — ἑωρακότες AB ἑωρακότα P ἑωρακότας in textu, ἑωρακότες in margine G ἑωρακότας LScal. Ch Cr. K — γε post ἑωρακ. om. L[1] P adiec. L[2] — 6 φαρμακεῖς εἰσὶν L[2] ABG φαρμακεῖς εἰσιν L[1] P — 7 φιλοχρήμαθοι A φιλοχρήματοι LP Corn. — 8 διενεχθείσῃ P — ληρίσεις LABCh — 9 ἐγκρατεῖ corr. ead. m. in ἐγκρατῆ P — ἀξιῶν εἶναι G — 10 γινώσκειν LP ante γιγνώσκειν Cr. μὲν addi vult. — τῶν σωμάτων ABGChCr.K σωμάτων sine τῶν LP, cf supra p. 10, 8; 14, 14 de Sectis vol. I, 72, 1 φύσεις σωμάτων — 11 ἠσκεῖσθαι γε LPAB ἠσκῆσθαί γε Ch — 13 σωφρονήσαν L[1] σωφρονήσαντά σε L[2] — μὴ δ' ἢ καθάπερ AB μήδ' ἢ κ. Scal. K μηδ' ἢ κ. L[2]Ch μηδὴ κ. P μηδὲ καθάπερ G in textu et in adn.: 'μηδὲ καθάπερ Ad. Codd. Manusc.' μὴ καθάπερ L[1] — 14 κόλακα A κόρακα Corn. cett. — λογομαχεῖν Ad. ζυγομαχεῖν LPA cett. — super ἀλλ' αὐτὴν in L correctio prorsus obscurata — 15 τοῦτο γ' PABCh — σκυτότομος ABG — ἄνευ om. L[1] add. L[2] ἀναμαθήσεως P — 16 ποτε om L[1] adiec. L[2] — ἰατρὸς post τις nos inseruimus — 17 ἐξαιφνήδιον PAB — 18 in L verbi ἐπασκήσας syllaba prima expuncta est — καὶ αὐτόν P αὐτόν L[1] ἑαυτόν L[2] —

*περὶ πραγμάτων ἐστίν, ἀλλ' ὑπὲρ ὀνομάτων ἐρίζοντος, φιλοσοφητέον ἡμῖν ἐστι πρότε-*
63 K *ρον, εἴπερ Ἱπποκράτους ἀληθῶς ἐσμεν ζηλωταί· κἂν τοῦτο ποιῶμεν, οὐδὲν κωλύει μὴ*
*παραπλησίους, ἀλλὰ καὶ βελτίους αὐτοῦ γενέσθαι μανθάνοντας μέν, ὅσα καλῶς ἐκείνῳ*
*γέγραπται, τὰ λείποντα δ' αὐτοὺς ἐξευρίσκοντας.*

---

1 ἡμῖν ἐστι AB — 2 ἐσμεν om. L[1] ἐσμὲν add L[2] ἀληθῶς ἐσμὲν PABGCr. — ζηλῶσαι P — κἂν ChK — τούτῳ Ad. AP.

---

# Enarratio.

## Cap. I.

Totius disputationis ratio quadripartita est. Ac prima quidem pars, quae capite I continetur, vim exordii habet. Miratur Galenus, cur permulti medici, qui Hippocratem laudent, nec praeceptis eius utantur nec quidquam omnino faciant, quo ad laudem eius adspirare possint, atque etiam eos, qui illum sequantur, probris vexent.

*γενέσθαι δ' αὐτοὺς ἐν ὁμοίοις ἐκείνῳ*] Pluralis *ἐν ὁμοίοις* aliquid insoliti habere videtur nec tamen emendatione opus est. Quamquam enim tralaticio more Graeci, ut *ἐν (τῷ) ἴσῳ*, ita *ἐν ὁμοίῳ εἶναι* vel *ποιεῖσθαί τι* dicere solebant, velut Hdt. VII 138, VIII 109 med. (cf. Popp. ad Thuc. II 53, 4), tamen, quoniam etiam pluraliter dictum est non solum *ἐκ τῶν ὁμοίων*, ut Plat. Phaedr. p. 243 D (cf. ad h. l. Stallb.), sed etiam *ἐν τοῖς ἴσοις καὶ ὁμοίοις* (Xen. Hell. VII 2, 45), Galenus hoc loco *ἐν ὁμοίοις*, etsi non forensi sensu, ut apud Xenophontem, dictum audere potuit eoque magis, ne auribus accideret ingratissimum illud *ἐν ὁμοίῳ ἐκείνῳ*.

*οὐ σμικρὰν μοῖραν εἰς ἰατρικήν φησι συμβάλλεσθαι τὴν ἀστρονομίαν*] Hippocr. de aëre, aquis et loc. I, 7. 8 (vol. I, 143 ed. Erm., vol. II, 14 ed. Littr.) *μάθοι ἂν ὅτι οὐκ ἐλάχιστον μέρος ξυμβάλλεται ἀστρονομίη ἐς ἰητρικήν, ἀλλὰ πάνυ πλεῖστον· ἅμα γὰρ τῇσιν ὥρῃσι καὶ αἱ κοιλίαι [καὶ αἱ νόσοι] μεταβάλλουσι τοῖσιν ἀνθρώποισιν.* Hoc loco aliisque H. medicis praecipit, ut astrorum ortus et obitus diligenter observent tempestatumque moderationes et conversiones simul cum iis ortas; hinc enim ab iis colligi posse, qualis tempestatis proximo quoque anni tempore status futurus sit, saluber corporibus hominum an pestifer, ac provideri, quae temporum ratio moneat. Inprimisque Caniculae, Arcturi, Pleiadum ortus oc-

casusque quaeque signa tempestatis sequerentur, ut observarent, suasit (cf. l. l. §§ 58, 60, 66, 70) atque ut ipse exemplo suo, ita schola eius, quemadmodum ex Epidemiorum libris apparet, observationibus caelestibus doctrinam comprobavit. Bene Coraës (Traité d' Hippocrate des airs, des eaux et des lieux Tom. II, 8): 'Il ne faut pas croire qu' Hippocrate pensoit de l' influence de ces astres comme les astrologues. Il ne recommande d' observer leur lever et leur coucher que parce que ces astres servoient chez les Anciens à marquer la division de leurs saisons'.

Ceterum Galenum astronomiae sententiam subiecisse latius patentem quam Hippocratem vel ex eo efficitur, quod illius studium necessario praecedere vult geometriam. Itaque cum aliis locis, ubi de disciplinis, quibus medicus futurus sit informandus, disputat, astronomiam cum geometria coniungit, tum Method. med. vol. X, p. 5 in., ubi in Thessalum Trallianum methodicum, litterarum eruditionisque contemtorem, eiusque sectam ita invehitur: *εἰ γὰρ οὔτε γεωμετρίας οὔτε ἀστρονομίας οὔτε διαλεκτικῆς οὔτε μουσικῆς οὔτε ἄλλου τινὸς μαθήματος τῶν καλῶν οἱ μέλλοντες ἰατροὶ γενήσεσθαι δέονται, — ἕτοιμον ἤδη προσιέναι παντὶ γενησομένῳ ῥᾳδίως ἰατρῷ.*

*φύσιν σώματος — ἀρχὴν εἶναι φάσκων τοῦ κατ' ἰατρικὴν λόγου παντός*] Multis locis Hippocrates Hippocraticique naturam corporis humani penitus pernoscere medicos iubent, velut Epid. 1, 3; de rat. vict. in morb. ac. c. 2, 11; de vet. medic. 20, 36. Ex hac cognitione principium totius rationis medicae proficisci ait auctor libri de Locis in hom. c. 2 (II, 396 Erm.): '*φύσις δὲ τοῦ σώματος ἀρχὴ τοῦ ἐν ἰητρικῇ λόγου*'.

*ἢ πλοκὴν ἢ διάπλασιν*] cf. de Usu part. vol. III, p. 300: *ἀπολείπεται δὲ περί τε θέσεως — εἰπεῖν καὶ ἀριθμοῦ καὶ μεγέθους καὶ πλοκῆς καὶ διαπλάσεως καὶ συμφύσεως καὶ τῆς πρὸς ἄλληλα κοινωνίας ξυμπάσης*; de Plac. Hipp. et Plat. vol. V, p. 228: *ὑπάρχει δὴ τῇ καρδίᾳ θέσις καὶ πηλικότης καὶ πλοκὴ καὶ διάπλασις καὶ διάθεσις καὶ κίνησις* aliisque locis haec nomina G. coniungit. Ac *πλοκή* quidem est complexio vasorum aliarumque partium corporis, quae ita sunt conformatae, ut in semet ipsas implicatae esse videantur, velut in iecore, de cuius vasis vol. III, p. 305: *οὔκουν διακρίσεως ἕνεκεν ἡ φύσις ἐποίησε τὴν τοσαύτην πλοκὴν τῶν κατὰ τὸ ἧπαρ ἀγγείων, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ χρονίζουσαν ἐν τῷ σπλάγχνῳ τὴν τροφὴν αἱματοῦσθαι τελέως.* *Διάπλασις* et *διαπλάττεσθαι* autem dicitur de formatione cuiusque partis corporis in utero matris. cf. de Plac. V, p. 277: *πρώτην ἁπάντων τῶν μορίων τοῦ ζῴου διαπλάττεσθαι τὴν καρδίαν.*

*καὶ μέν γε καὶ ὡς*] Sic e fide codicum LP restituimus. Ut enim formula *καὶ μὲν δὴ καί*, ita hac G. in transitu utitur, ubi argumentationis causa exempla si-

milia vel eiusdem generis colligens exemplo exemplum ita adnectit, ut ad novum tanquam non minus ad probandum forte animos legentium adverti velit. Nec multum differt usus formularum ab usu Particularum atque etiam. Exempla ubique obvia: cf. de Fac. nat. vol. II, p. 58: *καὶ μέν γε καὶ τὸ τοῦ γάλακτος κ. τ. λ.*, ibid. p. 156: *καὶ μέν γε καὶ εἰ σφαλείης*, p. 180 extr. et cett.

*κατ᾽ εἴδη τε καὶ γένη διαιρεῖσθαι τὰ νοσήματα*] de Plac. V, p. 760 extr.: *ὁ Ἱπποκράτης ἔφθασεν ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων* (locum dicit, qui est in Hippocr. de vict. ratione in morb. acut. § 3) *μεμψάμενος τοὺς Κνιδίους ἰατροὺς ὡς ἀγνοοῦντας τὰς κατ᾽ εἴδη καὶ γένη διαφορὰς τῶν νοσημάτων.* cf. Galeni Comment. ad hunc Hippocratis librum vol. XV, pp 427. 433—438. Method. med. vol. X, p. 15. Eo igitur, quod Hippocrates olim medicos aetatis suae monuisset, recte ut dividerent morborum genera et species, eundem Galenus censet eos, qui nunc essent, ad ipsam artem, quae esset dividendi ac partiendi, omninoque ad *θεωρίαν λογικὴν* colendam admonuisse, quippe quae nunc demum exculta esset.

*προγιγνώσκειν τά τε παρόντα κ. τ. λ.*] Hippocr. Prognost. c. 1 (II, 110 L; I, 127 E): *Τὸν ἰητρὸν δοκέει μοι ἄριστον εἶναι πρόνοιαν ἐπιτηδεύειν· προγιγνώσκων γὰρ καὶ προλέγων παρὰ τοῖς νοσέουσι τά τε παρεόντα καὶ τὰ προγεγονότα καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι ὁκόσα τε παραλείπουσιν οἱ ἀσθενέοντες ἐκδιηγεύμενος πιστεύοιτ᾽ ἂν μᾶλλον γιγνώσκειν τὰ τῶν νοσεόντων πρήγματα.* Cf. quae ad hunc locum gravissimum explanandum attulit Galenus in Comment. ad Progn. vol. XVIII, 2, pp. 1—12 et Haeser. (Geschichte der Medicin § 45): 'Alles Wissen und Bestreben des Arztes erhält nur dadurch Werth, dass es dem letzten Zweck der Heilkunde, der Erhaltung und Wiederherstellung der Gesundheit, dient. Als Kern dieses Wissens erscheint die Prognostik, d. h. nach den eigenen Worten des Hipp. die Kenntniss und Beurtheilung der vergangenen sowohl als der gegenwärtigen Verhältnisse des Kranken zum Behuf der Vorausbestimmung der Zukunft desselben'. Illum locum Hippocratis quoniam non dubium est quin G. ob oculos habuerit, collocationem verborum ad fidem codd. LPScal. levi Particulae *τε* transpositione facta praetuli vulgatae fortasse natae ex alio loco Hippocr., qui legitur in Epid. I, 2 extr. (I, 170 ap. Erm., cui tamen interpolatus locus videtur): *λέγειν τὰ προγενόμενα, γιγνώσκειν τὰ παρεόντα, προλέγειν τὰ ἐσόμενα· μελετᾶν ταῦτα,* vel e Galeni Comment. ad Progn. XVIII, 2, p. 11: *τῆς αὐτῆς γοῦν τέχνης ἐστὶ καὶ τὰ προγεγονότα μὴ θεασάμενον εἰπεῖν καὶ τὰ παρόντα καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι.* — In seqq. post *τὰ μέλλοντα γενήσεσθαι τῷ κάμνοντι* foedum glossema *νοσήματα* in editiones inde ab Aldina irrepsit, quasi vero, ut nihil dicam, quam mire de uno aegroto (*τῷ κάμνοντι*) *τὰ παρόντα νοσήματα* dictum sit,

id praecipiat Hippocrates, ut medicus praedicat futuros, in quos is, qui iam aegrotus sit, fortasse incasurus sit, morbos! Nec melius se habet *παθήματα*, quod L[2] et P praebent. Nam ex locis allatis patet Hippocratem universe de rebus condicionibusque corporis aegroti dixisse idque non sine causa, quoniam exitus morbi, quem praevidere medicum vult, non solum *πάθημα* i. e. mortem vel novum morbum, sed etiam sanationem afferre potest. Itaque Galenus quoque universe de eadem re loquitur, velut de Praen. ad Posth. vol. XIV, p. 699: *ὅσον μὲν ἐπὶ τοῖς πολλοῖς τῶν ἰατρῶν, ὦ Ἐπίγενες, ἀδύνατόν ἐστι προγιγνώσκειν τὰ τοῖς κάμνουσι ἐσόμενα καθ' ἑκάστην νόσον*, et eo loco, quem modo laudavi. Illud *παθήματα* interpolatum videtur ex Hippocr. Progn. 3: *τὴν δὲ θεραπείην ἄριστ' ἂν ποιέοιτο προειδὼς τὰ ἐσόμενα ἐκ τῶν παρεόντων παθημάτων.*

*πολλὴν χρῆναι πεποιῆσθαι πρόνοιαν*] Coraës pro *πεποιῆσθαι* in textum recepit *ποιεῖσθαι* ignarus consuetudinis dicendi, qua G. cum verbis *χρή, δεῖ, προσήκει* similibusque Infinitivum Perfecti, sive id propriam sive Praesentis vim habet, coniungere solet. Ex permultis exemplis unum afferam de Plac. V, p. 222, 10: *ὅστις ὁτιοῦν ἀποδεικνύναι πειρᾶται, πρῶτα μὲν χρὴ τοῦτο ἐγνωκέναι, τὴν διαφορὰν τῶν λημμάτων αὐτῶν, εἶθ' ἑξῆς χρόνῳ πολλῷ γεγυμνάσθαι κ. τ. λ.* In seqq. Coraës mendum ex Itacismo natum in codd. Galeni frequentissimum *εἰ — προείπῃ* sustulit *προείποι* scribens accommodate ad usum Galeni *εἰ* c. Opt. et *ἐάν* c. Coni. in aequo ponentis.

*γόητά τε καὶ παροδοξολόγον ἀποκαλοῦσι*] Cf. de Praen. ad. Posth. vol. XIV, p. 601: *ὅταν γάρ τις ἰατρὸς — ἢ παραφροσύνην ἐσομένην ἐπὶ νοσοῦντος ἢ ῥῖγος ἢ καταφορὰν ἢ αἱμορραγίας ἢ παρωτίδας — ἤ τι τῶν τοιούτων προείπῃ ἄλλο, ξένον τε καὶ τέρας τοῖς ἰδιώταις ὑπ' ἀληθείας φαίνεται καὶ τοσοῦτον ἀποδεῖ τοῦ θαυμάζεσθαι παρ' αὐτοῖς ὁ προειπών, ὥστ' ἀγαπήσειεν ἄν, εἰ μὴ καὶ γόης τις εἶναι δόξειεν.* Ipse G. non parvam invidiam *προγνώσεως* arte, qua florebat, collegit atque etiam vitae periculum subiit. Cf. l. l. p. 614 seqq. Pass. de Cl. Galeni vita Berol. 1854 p. 14. — Pro *ἀποκαλοῦσι* Scaliger simplex *καλοῦσι* legi vult; at vide de Plac. p. 233, 11: *θαυμάζουσί τε καὶ παραδοξολόγους ἡμᾶς ἀποκαλοῦσι.*

*σχολῇ γ' ἂν οὗτοι — ἀνάσχοιντο*] Ad vim illius *σχολῇ*, quod latine reddi potest 'multo minus', ponderandam verba antecedentia ita cogitatione repetenda sunt, ut in protasin redigantur sic fere conformatam: *εἰ δὲ μηδὲ αἱμορραγίαν ἢ ἱδρῶτα προλέγοντος ἀνέχοιντο, σχολῇ γ' ἂν — τἄλλα προλέγοντος.* cf. Plat. Phaed. p. 65 B et Galeni Anat. Admin. vol. II, p. 289: *ὅπου γὰρ οὐδ' οἱ μετὰ σχολῆς πολλῆς ἐπὶ τὴν ἀνατομὴν — ἐλθόντες ἠκριβώκασι τὴν θεωρίαν, σχολῇ γ' ἄν τις ἐκ τῆς τῶν θραυμάτων θέας διδαχθείη.*

*τῆς διαίτης τὸ σχῆμα — διαιτᾶν κελεύει.*] Cf. Hipp. Aphorism. I, 3—11 (I, 396 Erm.), ubi praecipitur, qualis victus ratio aegroto cuique sit adhibenda; inprimisque § 9: *ξυντεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ καὶ τὸν νοσέοντα εἰ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ πρὸς τὴν ἀκμὴν τῆς νούσου.* Galeni Comment. vol. XVII, 2, p. 378.

*τί δὴ οὖν ὑπόλοιπον, ὃ ζηλοῦσι τἀνδρός;*] Sic legendum arbitror eiectis *ἐστι τό*, quae in L[1] desunt, et *εἰς* ante *ὅ*. Neque enim Articulus ferri potest, qui ita demum locum haberet, si antea G. animos legentium figura quadam dicendi tanquam ad spem excitasset, fore utique reliquum aliquid, in quo contemtores isti Hippocratem aemularentur, hanc autem spem iam interrogatione proposita praecideret. Multo minus ferri potest Praepositio *εἰς* ante *ὅ* illata, quippe quae nec antecedenti *ὑπόλοιπον* nec proxime sequentibus *οὐ γὰρ δὴ τήν γε-δεινότητα* sc. *ζηλοῦσι* apta consentaneaque sit. Verbo *ἐστι* facile caremus in talibus interrogationibus non raro omisso. Cf. de Fac. nat. vol. II, p. 69: *τίς οὖν ἡ διαδεξαμένη ταύτην δόξα;* ib. p. 84: *τίς οὖν ὁ μετρῶν αὐτοῦ τὸ ποσὸν τῆς ἐπιρροῆς;*

*οὐ γὰρ δὴ τήν γε τῆς ἑρμηνείας δεινότητα*] Quod in A legitur: *ὁ γὰρ δὴ τήνδε τ. ἑ. δ.*, vitiose traditum esse iam Erasmus et Bellisarius senserunt, ille sic interpretans: 'nam is quidem non solum in aliis, verum etiam in explicandi dexteritate praecellit', hic propius ad veritatem accedens: 'si quidem (*γὰρ δή*) non in dicendi gravitate'. Rem acu primus tetigit Coraës, cum scripsit *οὐ γὰρ δὴ τήν γε*, cuius emendationem (nunc ex parte codd. LP confirmatam) cur Kuehnius repudiaverit, satis mirari non queo. Restituit enim ille formulam apud Galenum frequentissimam, qua argumentationis parti priori adnectitur aliquid additamenti vel supplementi loco, sive quia in transitu tantum attingendum est sive quia non eodem cum prioribus loco habetur. Cf. infra p. 14, 18: *οὐ γὰρ δὴ δέος γε;* p. 15, 15: *οὐ γὰρ δὴ τοῦτό γ' ἂν ἔχοις εἰπεῖν,* de Plac. p. 390: *οὐ γὰρ δὴ ὁ λόγος γε νῦν ἡγεμών,* ib. p. 407: *οὐ γὰρ δὴ ἀποχρήσει γ' ἡμῖν εἰπεῖν.* Sed toti loco ita sanitatem reddendam existimavimus, ut in seqq. interpunctione aliter atque in K instituta pro *τῷ μέν γε* scriberemus *τῷ μὲν γάρ.* Neutrum *τοῦτο* ad *τὴν τῆς ἑρμηνείας δεινότητα* referendum; cf. paulo infra p. 12, 6 *θατέρου δ' αὐτῶν* relatum ad antegressa Feminina *βούλησις* et *δύναμις,* idem postea et de Ord. Libr. vol. XIX, p. 54: *κατ' ἐπιστήμην ἀκριβῆ, τοῦτο γὰρ ὑπάρχει.*

*πολλοὺς αὐτῶν — ῥᾴδιον*] Notat medicos scribendi rudes, qualis fuit Archigenes (cf. Haeser. Gesch. d. Med. § 103), de cuius oratione impropria atque obscura in libris de Locis affect., velut II, c. 4. 5 (vol. VIII, p. 119. 120), queritur.

## Cap. II.

Parte altera quaerit, quid sit causae, cur nemo medicorum Hippocratis praecepta sequi velit. Causam positam esse censet in prava consuetudine saeculi in pecuniae voluptatumque studium prolapsi (*διὰ μοχθηρὰν τροφήν, ἣν οἱ νῦν ἄνθρωποι τρέφονται*), qua cum omnium artium tum medicinae studia iacere necesse sit.

*καίτοι θαυμάζοντες*] Barbarum illud et apud Galenum inauditum *θαυμάζονται*, cuius etiam Kuehnius tenax fuit, ex notissima syllabarum *ται* et *τες* confusione natum est. Cf. Spec. alt. quaest. crit. p. 10 Erlang. 1872. Exempla autem Participii cum *καίτοι* structi e Galeno colligere est *γλαῦκ' Ἀθήναζε*.

*εἰ καὶ τοῦτ' εὐτυχήσειεν*] De *εὐτυχεῖν* cum Accusativo iuncto vid. Willet. ad Galen. Protrept. p. 62.

*εἰς ἕξιν ἀγαγεῖν*] *ἕξις* quid sit, ipse G. definit in Protrept. vol. I, p. 29: *ἡ μὲν γὰρ ἕξις ἔμμονός τις καὶ δυσαλλοίωτος διάθεσις.* cf. Willet l. l. p. 144 (Quintilian. Inst. X, 1, 1: firma quaedam facilitas, quae apud Graecos *ἕξις* nominatur). — Similis querela atque hoc loco legitur de Facult. natur. vol. II, p. 179: *πάμπολλα γὰρ εὑρίσκω τελέως μὲν ἀποδεδειγμένα τοῖς παλαιοῖς, οὔτε δὲ συνετὰ τοῖς πολλοῖς τῶν νῦν δι' ἀμαθίαν, ἀλλ' οὐδ' ἐπιχειρούμενα γιγνώσκεσθαι διὰ ῥᾳθυμίαν οὔτ', εἰ καὶ γνωσθείη τινί, δικαίως ἐξεταζόμενα.*

*εὑρίσκω δὴ κ. τ. λ.*] Ab his verbis incipit quaestionis propositae solutio, quae quidem ita instituitur, ut altius repetatur atque a loco quodam communi initium sumat. In eiusmodi sententiis conformandis Galenum uti Particula *δή* docet locus, qui est in Plac. Hipp. et Plat. vol. V, p. 722: *ὅπως δ' ἂν τὴν ἀλήθειαν ἑκάστου τῶν ζητουμένων εὑρίσκοι τις, ἄκουσον ἐμοῦ —. ἐγὼ δή σοί φημι τὴν τῶν ζητουμένων ἀλήθειαν εὑρεθήσεσθαι κ. τ. λ.* Hunc usum ignorantes editores horum librorum scripserunt *δέ* contra cod. Marciani fidem, qui *δή* praebet. Particulam *καί* post *δή* prorsus importune immissam eieci.

*ἀτυχήσαντι τὸ καὶ τοῦ τέλους αὐτοῦ*] Nec *ἀτυχήσαντι* propter praecedentem Pluralem *τοῖς ἀνθρώποις* in *ἀτυχήσασι* nec *τό* in *τῷ* mutare opus est; si quid mutandum est, Articulus, quo propter *ἀναγκαῖον* (cf. p. 14, 21) facile caremus, tollendus erit. Contra post *τοῦ τέλους* Genitivus *αὐτῶν*, qui in codd. edd. legitur, utique mutandus fuit. Nam neque ad *βούλησις* et *δύναμις*, quemadmodum alter Genetivus post *θατέρου*, referri potest et admodum dure ad *κατορθούμενα* refertur. Quam ob rem conieci *αὐτοῦ*: 'cui unum alterumve deerit, eum id ipsum, quod petierit, non

posse assequi necesse est'. Mendum illatum a librario archetypi fuisse videtur propter vicinitatem Genetivi prioris *αὐτῶν*.

*διὰ μοχθηρὰν τροφήν, ἣν οἱ νῦν κ. τ. λ.*] Cum hoc loco ea conferre operae pretium est, quae G. de moribus aetatis suae corruptis queritur in Method. med. vol. X, p. 2: *κεφάλαιον — ἐστὶ τὸ κινδυνεῦσαι μάτην γράψαι μηδενὸς τῶν νῦν ἀνθρώπων ὡς ἔπος εἰπεῖν ἀλήθειαν σπουδάζοντος, ἀλλὰ χρήματά τε καὶ δυνάμεις πολιτικὰς καὶ ἀπλήστους ἡδονῶν ἀπολαύσεις ἐζηλωκότων ἐς τοσοῦτον, ὡς μαίνεσθαι νομίζειν, εἴ τις ἄρα καὶ γένοιτο σοφίαν ἀσκῶν ἡντιναοῦν. αὐτὴν μὲν γὰρ τὴν πρώτην καὶ ὄντως σοφίαν, ἐπιστήμην οὖσαν θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων, οὐδ' εἶναι νομίζουσι τὸ παράπαν· ἰατρικὴν δὲ καὶ γεωμετρίαν καὶ ῥητορικὴν ἀριθμητικήν τε καὶ μουσικὴν ἁπάσας τε τὰς τοιαύτας τέχνας εἶναι μὲν ὑπολαμβάνουσιν, οὐ μὴν ἐπί γε τὸ τέλος αὐτῶν ἰέναι δικαιοῦσιν.* Similiter de Praen. ad Posth. vol. XIV, p. 600 queritur, quod '*κοινὴ τῶν τεχνῶν ἁπασῶν δυστυχία κατείληφε τὸν νῦν βίον*'.

*καίτοι τό γ' ὑστέροις — γεγονέναι καὶ τὰς τέχνας κ. τ. λ.*] Si Articulus *τό*, qui ante *τέχνας* in codd. edd. legitur, recte se haberet, G. duo commoda, quibus homines suae aetatis antiquis praestare ait, unum, quod post illos nati sint, alterum, quod artes ab illis excultas acceperint, unum ab altero per repetitum *τό* disiungi atque eodem loco haberi vellet. At sententiae ratio postulat, ut haec commoda mente ac cogitatione in unum coniungantur atque ad alterum, in quo cardo rei est, *παραλαμβάνειν τὰς τέχνας ἐπὶ πλεῖστον προηγμένας* animus potissimum dirigatur, perinde ac si scriptum sit *τό γ' ὑστέροις — γεγονόσι τὰς τέχνας — παραλαμβάνειν.* Itaque alterum *τό* interpolatum ideoque expungendum videtur. Sententia autem, quam G. protulit, redit de Plac. p. 726, 4: *καὶ ἡμεῖς εὐτυχέστεροι κατὰ τοσοῦτον ἐκείνων ἐσμέν, ὅτι τὰ χρήσιμα πολλῷ χρόνῳ μετὰ καμάτων τε καὶ φροντίδων εὑρεθέντα τοῖς πρὸ ἡμῶν αὐτοὶ μανθάνομεν ὀλίγῳ χρόνῳ.*

*πρὸς τὴν τῶν λειπόντων εὕρεσιν*] Hippocr. de vetere Med. c. 2 (vol. I p. 572 Littr.): *ἰητρικῇ δὲ πάντα πάλαι ὑπάρχει, καὶ ἀρχὴ καὶ ὁδὸς εὑρημένη, καθ' ἣν καὶ τὰ εὑρημένα πολλά τε καὶ καλῶς ἔχοντα εὕρηται ἐν πολλῷ χρόνῳ καὶ τὰ λοιπὰ εὑρεθήσεται, ἤν τις ἱκανός τε ἐὼν καὶ τὰ εὑρημένα εἰδὼς ἐκ τουτέων ὁρμώμενος ζητέῃ.*

*οὐκ εὐεργεσίας ἀνθρώπων ἕνεκεν, ἀλλὰ χρηματισμοῦ*] Hippocr. *Παραγγ.* § 5: *ἢν γὰρ φιλανθρωπίη, πάρεστι καὶ φιλοτεχνίη.* Plat. Rep. p. 342 D: *ὡμολόγηται γὰρ ὁ ἀκριβὴς ἰατρὸς σωμάτων εἶναι ἄρχων, ἀλλ' οὐ χρηματιστής.*

*τοῦ τέλους τοῦ κατ' αὐτήν*] *τέλος τῆς ἰατρικῆς* quid esset, G. multis locis docuit, velut de Sect. Introd. vol. I, p. 64 in.: *τῆς ἰατρικῆς τέχνης σκοπὸς μὲν ἡ*

*ὑγίεια, τέλος δ' ἡ κτῆσις αὐτῆς;* de Opt. Sect. vol. I, 116 med. atque etiam libellum singularem *περὶ τοῦ τέλους τῆς ἰατρικῆς* se scripsisse testatur in Comment. ad Hipp. de r. v. in m. ac. vol. XV, p. 421 extr. et de Subfig. empirica p. 62, 5 ed. Bonnet.

*φθάσουσι γὰρ — ἐξικέσθαι*] His verbis neque sententia probabilis subicitur neque apta est cum antecedentibus et sequentibus coniunctio. Etenim verba Graeca agnosco, sanam mentem ex iis elicere nescio. Nihil enim proficitur interpretatione Darembergi: 'car il est des médecins (*ἕτεροι*?) qui s'enrichissent avant que nous-mêmes nous ayons atteint le but vers lequel tend cet art'. In proxime antecedentibus sententia est: 'fieri non potest, ut, qui pluris faciat divitias quam virtutem quique artem non, ut de hominibus bene mereat, sed ut ipse opes colligat, didicerit, id, quod arti propositum est, expetat'. Jam causa afferenda est, cur talis homo *χρηματιστής* non possit expetere *τὸ τέλος τῆς ἰατρικῆς*. Et affertur non per ineptum illud *φθάσουσι — ἐξικέσθαι*, sed per ea, quae sequuntur: *οὐ γὰρ δὴ δυνατὸν ἅμα* continuanturque ad extrema verba capitis (*μὴ ῥιγοῦν προϊόντα*). Glossema fortasse natum ex adnotatione lectoris alicuius 'tales pectore questus' in marginem exemplaris sui effundentis expunxi, quo sublato oratio recte procedit: 'non enim potest quisquam simul opes quaerere et artem medendi tam gravem exercere; illas qui concupiscit, hanc neglegat necesse est. Cupiditas enim pecuniae ingens est nec potest finiri (cf. Cic. Finn. II, § 27); ars autem medendi animum requirit adversus divitias invictum et paucis contentum'.

*τὸν ὅρον — προϊόντα*] Non *πλοῦτος* dici potest *ἄχρι τοῦ μὴ πεινῆν προϊών*, sed *ὅρος τοῦ πλούτου;* itaque P. et Corn. secutus *προϊόντα,* non *προϊόντος* dedi.

## Cap. III.

Tertia parte G. omnia colligit, quae ei, qui verus medicus esse velit, conveniant necesse sit, quibus si quis satisfecerit, eum philosophum esse demonstrat. Illum finxit talem, qualis fuisse ei videbatur Hippocrates, sed ita fere descripsit, quasi Hippocratem ipsum ad historiae fidem describere ei propositum fuerit; adeo forma ac species perfecti medici et Hippocratis imago singularis apud eum in unum coaluerunt!

*ὑπερόψεται μὲν Ἀρταξέρξου τε καὶ Περδίκκου*] Jam ante Galeni aetatem pervagata fama fuit Hippocratem ab Artaxerxe (filio Xerxis) magnis praemiis ut ad se veniret invitatum denegasse. Plut. vit. Cat. m. c. 23: *καὶ τὸν Ἱπποκράτους ὡς ἔοικεν ἀκηκοὼς λόγον ὃν εἶπε τοῦ μεγάλου βασιλέως καλοῦντος αὐτὸν ἐπὶ πολλοῖς τισι ταλάντοις οὐκ ἄν ποτε βαρβάροις Ἑλλήνων πολεμίοις ἑαυτὸν παρασχεῖν*

*ἔλεγε* (sc. *Κάτων*) *κοινὸν ὅρκον εἶναι τοῦτον ἰατρῶν ἁπάντων καὶ παρεκελεύετο φυλάττεσθαι τῷ παιδὶ πάντας.* Soranus (sive is Ephesius fuit c. 110 p. Ch florens sive alius, qui auctor apud Suid. s. v. *Σωρανός* vitarum medicorum fuisse fertur), ut ex epitome, quae inscribitur *Ἱπποκράτους γένος καὶ βίος κατὰ Σωρανόν*, patet, laudavit epistulas Artaxerxis et Hippocratis ad Hellesponti satrapam hac de re datas (cf. Hipp. Opp. ed. Kuehn. III, p. 852). Quas non minus adulterinas esse quam ceteras, quae sub Hippocratis nomine feruntur (cf. nunc Epistologr. Graec. rec. R. Hercher Paris. 1873 p. 289 ff.) docte demonstrat Schneider. in Henschel. Jan. I, 85—116, qui in extrema parte disputationis haec dicit: 'Allerdings kann die Nachricht selbst — eine Erdichtung sein, vielleicht erzeugt durch die Eifersucht der koischen Schule gegen die knidische, die in Ktesias einen Leibarzt des grossen Königs (Artaxerxis Mnemonis) gezogen zu haben sich rühmte und welcher nun jene in ihrem Haupte den hochherzigen Verächter persischer Schätze und Ehren entgegenstellte'. (Cf. Littrei 'Oeuvres d' Hippocrate Tom. VIII Préface p. XLIV—XLIX').

De Perdicca, filio Alexandri, regis Macedonum, vita Sorani haec memoriae prodit (l. l. p. 851 extr.): *τὴν δὲ σύμπασαν Ἑλλάδα θεραπεύων ἐθαυμάσθη* (sc. *Ἱπποκράτης*), *ὥστε καὶ ὑπὸ Περδίκκα τοῦ Μακεδόνων βασιλέως φθισικοῦ νομισθέντος παρακληθέντα δημοσίᾳ πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν μετ' Εὐρυφῶντος, ὅς καθ' ἡλικίαν πρεσβύτερος ἦν αὐτοῦ, καὶ σημειώσασθαι ψυχῆς εἶναι τὸ πάθος. ἤρα γὰρ μετὰ τὸν τοῦ πατρὸς Ἀλεξάνδρου θάνατον Φίλας τῆς παλλακίδος αὐτοῦ, πρὸς ἣν δηλώσαντα τὸ γεγονὸς ἐπειδὴ παρεφύλαξε ταύτης βλεπομένης παντελῶς ἐκεῖνον τρέπεσθαι, λῦσαι μὲν τὴν νόσον, ἀνακτήσασθαι δὲ τὸν βασιλέα.* Ne haec quidem fidem ullam habere acute evincit Greenhillus in Henschel. Jano III, 357: 'Bemerkungen zu einer Hippocrates betreffenden Anecdote.'

*τοὺς ἐν Κρανῶνι καὶ Θάσῳ καὶ ταῖς ἄλλαις πολίχναις*] Illa oppida cur G. nominet, in aperto est. Cranone et Thasi quales fuerint aut communes aut singulorum morbi, saepe ab Hippocrate Hippocraticisque in libris Epidemiorum memoratur. Nec minus saepe mentio fit Larissae, Abderae, Perinthi, Cyzici, quae potissimum intellegendae sunt '*αἱ ἄλλαι πολίχναι*'. *Κρανών* in codd. Hippocratis et codd. et edd. Galeni, velut vol. XVII, 1, p. 36, non geminata, sed simplici littera *ν* scribi solet.

*ἀπολείψει δὲ καὶ Κῴοις μὲν τοῖς πολίταις*] Vulgatam quamvis melioribus codd. commendatam: *ἀπολείψει δὲ Κῴοις μὲν καὶ πολίταις*, vitiosam iudico. Nimirum Coorum, non alius civitatis fuit Hippocrates; qui igitur dici potest *Κῴοις καὶ πολίταις*? Mihi quidem nisi in *πολίταις* nomen aliquod proprium depravatum

latet, *καί* e sede sua pulsum Articulum ante *πολίταις* oblitterasse videtur. Articulum Coraës restituit, nos *καί* suo loco reddidimus. Nam haec est sententiarum ratio: 'Qui medicus futurus est, qualis Hippocrates fuit, is non solum potentiorum aditum fugiet et pauperibus artem salutarem adhibebit, sed etiam, ut ad artis ipsius cultum aliquid conferat, relicta patria itinera longinqua suscipiet'. Itaque G. per illud *δὲ καί* ad virtutem continentiae novam addit, quae medico colenda sit, laboris et assiduitatis. Eodem modo sententiae inter se excipiunt p. 14, l. 2, ubi summatim repetens, quae inde a verbis *ὑπερόψεται* persecutus est, dicit: *ὥστ' οὐ μόνον ἀνάγκη χρημάτων καταφρονεῖν —, ἀλλὰ καὶ φιλόπονον ἐσχάτως ὑπάρχειν.*

*Πόλυβόν τε καὶ ἄλλους μαθητάς*] Polybus gener Hippocratis idemque plurium, quae sub Hippocratis nomine feruntur, scriptorum auctor est. cf. Haeser. l. l. § 40; de aliis discipulis vide eundem § 53. 54.

*πᾶσαν ἀλώμενος ἐφέξει τὴν Ἑλλάδα*] Neque nudus Accusativus verbo *ἀλᾶσθαι* adiunctus neque verbum *ἐφέξει* tentanda fuerunt. Ille quidem legitur apud Soph. O. C. 1686: *γῆν ἢ πόντιον κλυδῶνα ἀλώμεναι,* Eur. Hel. 532: *πορθμοὺς δ' ἀλᾶσθαι μυρίους πεπλωκότα,* Theocr. XIII, 66: *ἀλώμενος — οὔρεα καὶ δρυμώς* aliosque, qui loci quamquam poetarum sunt, tamen apposite ad defendendum Galeni locum laudantur, quia posterioris Graecitatis est etiam in soluta oratione poetas imitari; *ἐπέχειν* autem more posteriorum absolute positum est, i. e. sine Accusativo *τὸν νοῦν* vel *τὴν γνώμην* vel *τὴν διάνοιαν.* cf. Lob. ad Phrynich. p. 282. *ἐφέξει* igitur est 'animum advertet sc. ad ea, propter quae iter susceperit'.

*γράψαι τι περὶ φύσεως χωρίων*] Quae sequuntur praecepta, desumta sunt ex Hippocratis libro *περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων,* de quo commentarios se scripisse Gal. ipse de libr. propr. c. 6 memorat. Cf. etiam Comm. in Epidem. vol. XVII, 1, p. 36; de Sect. Introd. I, p. 69 med.

*τῆς πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα καὶ τῆς πρὸς δυσμάς*] Hipp. l. l. I, 2. — *ἐν κοίλῳ — ἐφ' ὑψηλοῦ* (Genetivum recte restituit Coraës; cf. de Constit. artis med. vol. I, p. 225, 5: *ἐφ' ὑψηλοῦ τινος ᾤκισται*) I, 4. — *ἐπακτοῖς ὕδασι χρωμένην*: de aquarum diversitate vique aut salubri aut pestifera H. disputat l. l. § 27—58 (cf. Athen. II, c. 25).

*ἀμελῆσαι δὲ καὶ μηδ'*] Coraës sustulit *καί* ante *μηδέ;* at vide de Usu Part. vol. III, p. 337 extr.: *καὶ γὰρ αὖ καὶ ὥσπερ ἐκρέμαστο τὰ πρὸς τὰς πύλας ἀναφερόμενα τοῦ ἥπατος — καὶ οὐδὲ βοήθεια μέντοι τις ἦν αὐτοῖς;* ib. p. 705 ante med. *θαυμάσομεν τὴν πρόνοιαν τοῦ δημιουργοῦ — τὰς μὲν ἀρτηρίας ἐπὶ τὸ δικτυοειδὲς πλέγμα, τὰς φλέβας δ' ἐπ' ἄκραν τὴν κορυφὴν τῆς κεφαλῆς ἀναγαγόντος καὶ οὐδὲ ὡς*

*ἔτυχεν*. Sed, quod idem coniecit: *μηδ' εἰ νιτρώδεσι μηδ' εἰ στυπτηριώδεσιν* pro *μήτε ν. μήτε στυπτ.*, non potuimus non amplecti comparantes Meth. med. vol. X, p. 43 ante med.: *οὐδ' εἰ τὸ βλέπειν εἴποι τις ἔργον εἶναι τῶν ὀφθαλμῶν οὐδ' εἰ τὴν βλέψιν οὐδ' εἰ τὴν ὄψιν ἢ ὅρασιν ἢ ὅπως ἂν ἄλλως ὀνομάσῃ, διαφέρει*, ibid. p. 101 a. med.: *οὐδὲ γὰρ εἰ παρὰ φύσιν ὄγκος οὐδ' εἰ ἀντίτυπος οὐδ' εἰ ὀδυνηρὸς οὐδ' εἰ ἐρυθρὸς κ. τ. λ.* Comment. ad Hipp. de rat. vict. in morb. ac. vol. XV, p. 434 med.: *οὔτε γὰρ εἰ γεννητὸς ὁ κόσμος οὔτ' εἰ φθαρτὸς οὔτ' εἰ μὴ κενόν ἐστιν ἔξωθεν αὐτοῦ οὔτ' εἰ ἄπειρος οὔτ' εἰ μόνος οὗτος εἷς ἐστιν οὔτ' εἰ πλείους — οὔτ' εἰ πλῆθος ἀπερίληπτον ἢ ἄπειρον αὐτῶν, ἐναργεῖ τεκμηρίῳ χρήσασθαι δυνατόν.*

*σωφροσύνης οὖν φίλος*] *οὖν* scripsi pro *γοῦν*, quod quoniam aut restringentis sententiam (cf. p. 15. 13: *ἄμεινον δὲ νῦν γοῦν σωφρονήσαντα κ. τ. λ.*) aut exemplo confirmantis (cf. p. 12, 14: *τὰ γοῦν ὑφ. Ἰ. κ. τ. λ.*) est, non accommodatum videtur huic loco, ubi ratio ex antecedentibus concluditur.

*ἀσκεῖν χρή*] *χρή* in codd. edd. omissum recte Coraës inseruit. Nam G., quae facere medicum vult, ea aut per Futurum (*ὑπερόψεται — ἰάσεται — ἀπολείψει*) aut per *χρή, ἀνάγκη, προσήκει* indicat. Eiusmodi verbum ad h. l. cogitatione tantummodo assumere vetant et ea, quae proxime antecedunt, et nova, quae a *καὶ μὲν δὴ καί* incipit, sententia.

*ἔνδειξίν τινα ἰαμάτων*] *ἔνδειξις* quid sit, ipse definit de Opt. Sect. vol. I, p. 131: *ἔστι τοίνυν ἔνδειξις ἡ συμπροσπίπτουσα κατάληψις τοῦ ὠφελοῦντος ἅμα τῇ τοῦ βλάπτοντος καταλήψει ἄνευ τηρήσεως ἢ λογισμοῦ — ἢ οὕτως· ἔνδειξίς ἐστιν, ὅταν καταλαμβανομένοις πράγμασι συμπροσπίπτῃ τὸ συμφέρον ἄνευ ἀποδείξεως καὶ παρατηρήσεως.* Cum in illo libro tum in libris de Meth. fusius hac de re disputat.

*ἡ δ' αὐτὴ μέθοδος*]. Bene Prantlius (Geschichte der Logik I, 561): 'Gal. sieht in der Logik nur eine dienstbare Methodik zum Behufe der übrigen Wissenschaften, welche in Bezug auf alle Probleme und Gegenstände des wissenschaftlichen Suchens den Weg bahnt und als Beweisverfahren zum Wissen führt'. Nec alienum erit afferre Gal. de Loc. aff. vol. VIII, p. 138: *λογικὰ γὰρ ὄντως ἐστίν, ὅσα τῆς χρείας ἐπέκεινα προερχόμενα τὴν φύσιν ἀθρεῖ τῶν πραγμάτων, ὁποία τις ὑπάρχει κατὰ τὴν οἰκείαν οὐσίαν.*

*ἐκ τῶν πρώτων στοιχείων — ὀργανικῶν μερῶν.*] Hanc Galeni de corporis humani compositione doctrinam cum alii, tum hi loci illustrant: Comment. in Hippocr. de humor. vol. XVI, p. 33: *ὡμολόγηται πάντα τὰ σώματα ἐκ τεττάρων τινῶν γενῶν συμπαγῆναι —, ἅπερ στοιχεῖα πάντες ὀνομάζουσιν —, ἐκ γῆς, πυρός, ὕδατος καὶ ἀέρος;* ibid. p. 25: *μὴ (νόει δὲ) τὰ σώματα ἐκ τῶν στοιχείων ἁπλῶς γεγο-*

*νέναι· ἐκεῖνα γὰρ δυνάμει μέν ἐστιν ἐν τοῖς σώμασιν, ἐνεργείᾳ δὲ οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ τὰ ἐξ αὐτῶν γεγονότα διὰ μέσων τῶν τροφῶν, αἷμα καὶ φλέγμα καὶ ἡ ξανθὴ καὶ μέλαινα χολή.* — De Fac. nat. vol. II, p. 12: *καλεῖται δ᾽ αἰσθητὰ στοιχεῖα τὰ ὁμοιομερῆ πάντα τοῦ σώματος μόρια;* de Meth. med. vol. X, p. 481: *ὁμοιομερὲς δέ ἐστι μόριον, ὡς καὶ τοὔνομα αὐτὸ σαφῶς ἐνδείκνυται, τὸ διαιρούμενον εἰς ὅμοια πάντῃ μόρια.* Quod animi mor. corp. temp. vol. IV, p. 773: *ἥ τε σὰρξ νεῦρά τε καὶ χόνδρος καὶ πιμελὴ καὶ πάνθ᾽ ἁπλῶς τὰ πρωτόγονα μὲν ὑπὸ Πλάτωνος, ὁμοιομερῆ δ᾽ ὑπ᾽ Ἀριστοτέλους ὀνομαζόμενα.* Comm. in Hipp. de natur. hom. vol. XV, 7: *δευτέρα ἐκ τούτων — σύνθεσις γίγνεται σωμάτων, ἃ καλοῦμεν ὀργανικά, χειρός, σκέλους, ὀφθαλμοῦ τε καὶ γλώττης καὶ πνεύμονος καὶ καρδίας ἥπατός τε καὶ σπληνὸς καὶ νεφρῶν καὶ γαστρὸς καὶ μήτρας ὅσα τ᾽ ἄλλα τοιαῦτα.*

*δέον ἄγειν καὶ ταῦτα μὴ ἀβασανίστως*] Quod vulgo legitur *μὲν ἄγειν*, id fortasse ex *λαμβάνειν* depravatum est, quod proprie dicitur de iis, qui aliquid sumunt nulla argumentatione confirmatum. De Plac. Hipp. et Plat. vol. V, p. 281: *τὸ ζητούμενον αὐτὸ λαμβάνουσι* (cf. 294, 15; 651, 11).

*λείπεται πρὸς τὸ μὴ εἶναι φιλόσοφον*] Exspectamus aut *τί λείπεται τὸ μὴ (οὐκ) εἶναι φιλόσοφον* (cf. Soph. O. R. 1232: *λείπει μὲν οὐδ᾽ ἃ πρόσθεν ᾔδεμεν τὸ μὴ οὐ βαρύστον᾽ εἶναι*) aut *τί λείπεται πρὸς τὸ εἶναι φ.* Hi duo modi dicendi in unum h. l. conflati videntur.

*ὅστις ἂν ἰατρὸς ᾖ*] Sic codd. edd. At sic si scripsisset G., totius argumentationis vim evertisset. Non quemlibet medicum, sed qui talis esset, qualem descripsisset, vel optimum iustumque medicum eundem philosophum esse demonstravit, id quod vel ex inscriptione patet p. 3 huius Programm. laudata. Itaque excidisse putavimus vocabulum huic sententiae accommodatum. Nos elegimus *ἀληθής* respicientes p. 14, 5: *ὅ γ᾽ ἀληθὴς ἰατρός.*

*ἑωρακότας γε*] 'Non demonstratione ulla opus esse arbitror (hominibus), qui quidem saepe viderint.' Particulam *γε* G. saepissime addit Participiis (cf. supra p. 12, 8: *ὁμοίου γε δὴ τοῦ κόσμου ὄντος*), in quibus vim aliquam argumentationis inesse vult.

## Cap. IV.

Quarta pars epilogi locum habet. Inutile esse ait nominis controversiam movere, si quis haec omnia cadere in medicum perfectum concedat, philosophi nomen ei non concedat. Ad illam autem perfectionem absolutionemque ut quis accedat,

non vitam desidem degendam, sed multum operae laborisque in philosophia consumendum esse; sic demum posse medicum ad Hippocratis laudem adspirare.

*μὴ καθάπερ κολοιὸν ἢ κόρακα*] cf. Plut. Moral. p. 153 D (I, 181 ed. Duebn.): *σὺ δὲ δεινὸς εἶ κοράκων ἐπαΐειν καὶ κολοιῶν, τῆς δὲ σοῦ φωνῆς οὐκ ἀκριβῶς ἐξακούεις.*

*δίκαιος δέ τις ἰατρός*] *δίκαιος δέ τις* sine *ἰατρός* codd. edd. At haec sententia non universe dicitur, sed spectat ad medicum solum; nam si quisquam, is certe nisi magno studio multaque exercitatione adhibita nec honestatis particeps nec peritus esse demonstrandi nec penitus cognoscere naturam rerum hominisque potest. Adde quod, quae fit ex his conclusio, ad neminem nisi medicum pertinet. Itaque post *δίκαιος δέ τις* excidisse vocabulum *ἰατρός* arbitror. In quo ne quis pro *ἤ — ἤ* Partic. *καί — καί* exspectet, G. virtutes ingenii animique, de quibus antea disputavit, denuo singillatim enumerare vult eo consilio, ut vel ad singulas consequendas summo labore opus esse graviter moneat. Cum sententia comparari potest locus, qui est in libro *Περὶ τῶν ἐν τῇ ψυχῇ παθῶν* vol. V, 21 (p. 36 ed. Marq.): *αἰσχρὸν γάρ, ἵνα μέν τις ἰατρὸς ἢ γραμματικὸς ἢ ῥήτωρ ἢ γεωμέτρης γένηται, πολλοῖς ἔτεσιν ἐφεξῆς κάμνειν, ὡς δ' ἄνθρωπος ἀγαθός, μηδέποθ' ἑλέσθαι τῷ μήκει τοῦ χρόνου κάμνειν.*

His rite praemissis hoc edicto pronuntiamus fasces academiae nostrae crastino die ad virum nobilissimum et experientissimum

# D. HUGONEM DE ZIEMSSEN

PATHOLOGIAE ET THERAPIAE SPECIALIS PROFESSOREM PUBLICUM ORDINARIUM

prorectorem suffragiis collegarum creatum, regis nostri augustissimi potentissimi clementia confirmatum translatum iri. Is eodem die hora matutina XI in aula academica munus suum oratione publica auspicabitur. Quam ut audiatis Vestraque frequentia his solemnibus speciem et dignitatem addatis, Vos, collegae coniunctissimi, commilitones humanissimi, amici universitatis nostrae omnium ordinum ornatissimi, omni qua par est observantia invitamus.

**Erlangae** die III mensis Novembris a. MDCCCLXXIII.